

vifcum, hoc enim ad ejus reperitur radices, quo pro mafliche utuntur mulieres.

## K.

**KALI**, Est planta quæ ad altitudinem trium circiter pedum crescit, si benè colatur, multùm se extendens, habetque ramos longos, rectos, satis crassos, rubicundos: folia sunt longa, angusta, crassa, carnosà, acuminata, succulenta, flos rosaceus polypetalus Tournefortio, aliis apetalus, fructus globosus, membranaceus, fetus femine unico in cochleæ formam intorto, in centro calicis: tota planta habet saporem salis, crescit in regionibus calidis, præsertim circà mare rubrum. Est herba marina, vocatur & *Alkali*, & interdum *Salicornia*, ex cujus cineribus sal elicitor, ex quo vitrum, sapo, &c. componitur. Kali & Alkali nomina sunt Arabica. B. *Krabbe quaat*. G. *Glas-kraut*. Gall. *Soude ou la Marie*.

**KEIRI** vel **CHEIRI** & **CEIRIM**, est vox Mauritana idem quod *Leucoion*.

**KERMES**, *Chermes*, *Coccus Insectoria*, *Granum* & *Coccus Baphica*, *Granum Tinctorum*, *Scarlatum*. Fructus est famosissimi fruticis; qui inscribitur Ilex in quo *Coccus Baphica*, nascitur in Creta, uti & in multis Hispaniæ locis, in Narbonensi etiam Gallia & Provincia, &c. B. *Scharlaken beffen*. G. *Scharlach beer*, *kermes-kærner*. Gall. *Du Vermillon*, *Graine d'Ecarlatte*, *Scherley*. A. *Chermes berries*. Vide *Chermes*.

**KINA KINÆ**, vide *Cina Cina*.

**KIRATH**, seu filiqua, est pondus Veterum, pendens grana quatuor.

## L.

**LABELLA LEPORINA**, vide *Labia Leporina*.

**LABDANUM**, idem quod *Ladanum*.

**LABES**, est is cui labia prominent, Gr. *χαλῶς* & *χαλῶν*.

**LABES**, est macula, Gr. *Σπίλον*.

**LABIA LEPORINA**, dicuntur ea, quæ ob vitiosam conformationem solutionem continui habent: quandoque solum labium superius fissum est sub naso, nonnunquam ipsa ossa palati simul dehiscunt, quæ nonnullis Rostra leporina sunt. B. *Gen hazemont*. G. *Hasen scharthen*, *hantslippen*. Gall. *Bec de Lièvre*. A. *Mare lip*. LA.

**LABIA PUDENDI MULIEBRIS**, pudendum propriè est, inter quæ rima est externa constituta, extuberantias habet, quæ monticuli veneris dicuntur, pilis decorati. Sunt corpora oblonga, mollia atque substantiam habentia, qualis nulla est in toto corpore, partim ex cutè & carne, partim & spongiosa, cui pinguedo subjacet duriuscula. Interna labiorum commissura, in virginibus tensa est, constricta ac veluti ligamentosa, in corruptis laxa, ut & in his quæ pepererunt. **B. De lippen van de vrouwenlyfshaid** G. Die lippen der weiblichen Schaam. Gall. *Levres des parties honteuses d'une femme*. A. The Lips of the privitie of a woman.

**LABIS**, est *Vossella*, sive *Forceps*, quâ aliquid extrahendi causa apprehenditur, Gr. *Λαβίς*.

**LABIUM & LABRUM**, est illa pars colore suo rutilo ob cutis hujus teneritudinem conspicua, carnea, quæ os nostrum undique ambiens, illud quoque à parte superiore claudit; sive oris margo. Sic & *Labia* dicuntur, quibus interiora muliebris pudendi clauduntur. Ita & vulnerum extremitates *Labia* appellantur. Sic & ossium processus Labiorum nomine veniunt. **B. Lippen**. G. *Lippen*. Gall. *Levres*. A. A Lip.

**LABOR**, idem quod exercitium. *Laboratores Chymici* vulgo. **B. Een laborant**. G. Ein laborant. Gall. *Artiste*.

**LABORATORIUM**, est ille locus, in quo Chymici suas operationes magna cum instrumentorum & fornacum pompa peragunt; mihi omnia illa simplicissima sunt, & unicâ fornace ex tribus aut quatuor instrumentis omne quicquid volo perago. Sic & omnis officina pharmaceutica, laboratorium est. **B. Een stook-plaats**. G. Ein distillier-platz. Gall. *Un Laboratoire, un lieu pour distiller*. A. A place of the distilling.

**LABROSÛLCIUM**, vide *Cheilocace*.

**LABRUM VENERIS**, est *Dipsacus*: nomen habet à carinato foliorum positu, nam Labrum representare videntur, in quo semper aqua lymphida reperiri solet. Vide *Dipsacus*.

**LABRUSCA**, est Bryonia, sic dicta, quod in agrorum labris, hoc est, marginibus & sepibus nascatur. Vide *Bryonia*.

**LABURNUM**, est Anagyridis species, deducunt à Labor,

bor, quia fortè ex ipsius ligno arcus, pectines, aliaque elaborantur. B. *Ebben-hout / groote boom-slaber.* G. Baum-bonen. Gall. *Arbre de Trèfle.* A. Beantrefoil.

LABRUM, est vas in quod *Balneum* instituitur. Idem quoque significat quod *Labium*.

LABYRINTHUS, propriè est corpus gyris & circumrotationibus inflexum: hinc nomen hoc translatum ad ossis petrosi partem, quæ spectat occiput; est hæc enim ossæ fungosa, non tam dura ac os petrosum, sed quasi infinitis foraminibus pertusa, licet in superiori superficie glabra sit, in hac hærent tres canales semicirculares; magnitudine varii, & mire intorti, & tantummodo quinque orificiis hiantes in cavitate vestibuli, sicque verum labyrinthum æmulantes. B. *Doolhof des oorz.* G. Der irrgang im ohr. Gall. *Labyrinth.*

LAC, Gr. γάλα, est liquor albus ex mammis, vel uberibus emulctus; fit sequestratione chyli à sanguine arterioso, per glandulas mamillares. Lactis generatio incipit plerumque post fœtûs gestationem vel paulò ante partum, desinit verò in vetulis, gravidis & menstruatis. Ipse quoque chylus, lactis denominationem meretur. Sic & albi succi ex taraxaco, papavere, tithymallo, esula &c. emanantes, lac vocantur. B. *Melk.* G. Milch. Gall. *Du Lait.* A. Milke.

LAC LUNÆ, est substantia alba, fungosa, friabilis, levissima, in fornicibus speluncarum aut saxorum commissuris Helvetiæ & Norvegiæ reperiunda, saporis subdulcis, leviter adstringentis, convenitque in usu cum oculis cancerorum: vocatur quoque *Fungus petreus*, *Agaricus mineralis*, *stenomarga*, *Lapis morochtus*. A. White Stonemarle.

LACCA, in Pegu & Siam vastâ invenitur arbor, foliis quodammodo pruni, in cujus furculis & minoribus ramulis magnæ alatæ & puniceæ coloris (non alatæ enim non laborant) formicæ, in terræ visceribus aliisque locis enatæ, hanc laccam elaborantes inveniuntur: hæc super flores, frutices, arbores ac herbas circumvolitant, ex quibus non secus ac apes, laccæ conficiendæ materiam colligunt, ac in communes operas conferunt. Atque hoc modo ramulli laccæ materia circumvolvitur, uti ad nos deferuntur. Eodem fortè modo & in aliis regionibus colli-

ligi.

ligitur, uti in Summatra infula, Bengala, Martaba, Malavar &c. Lacca colorem habet rubrum, & diaphanum; fumum igni injecta gratum emittit: Triplex in officinis prostat species. 1. Lacca in ramulis. B. *Boon-lac*. Gall. *Lacque ou Gomme Lacque*, *Lacque en bâton* A. *Stick-lac*. 2. Lacca in granis. B. *Zaad-lac*. Gall. *Lacque en grain*. A. *Seed-lac*. 3. Lacca in massis, quæ est purissima ex granulis liquatis confecta. B. *Schel-lac*. Gall. *Gomme Lacque plate*. Gr. *καζαμωρ*, Arab. *Lach* & *Such*, undè nostrum *Lacca* appellari videtur.

LACERTUS, vide *Brachium*.

LACHANUM, est olus, à *λαχαινω* fodio, deducunt à *λα* & *χαινω*, quia terram fodere, est facere ut ea hiët, ut femina eo melius terræ mandentur.

LACHRYMA CHRISTI seu LACHRYMA JOBI, est Lithospermum majus; sic appellatur, quòd ejus semen lachrymas referat.

LACHRYMALE PUNCTUM, vide *Collicia*.

LACHRYMÆ, sunt humiditates, quæ à glandulis oculi ad oculos humectandos, pellucidos tenendos, & sordes eluendas secernuntur, quæ si nimis fuerint, ita ut à punctis lachrymalibus non recipiantur, extra oculos in genas decidunt, & lachrymarum nomine veniunt. B. *Tränen*. G. *Die zæhren*, trähnen. Gall. *Les Larmes*. A. *Tears*. Item *Lachryma*, est quoque humor è vegetabilibus tum spontè effluens (sive is concreseat in oleum, resinam, gummi, sive non) tum factâ incisione, uti lachryma Thuris, opii, sanguinis draconis, &c.

LACHRYMALIS DUCTUS, vide *Ductus Lachrymalis*.

LACINIÆ, vegetabilium partes sunt extremæ particulatim decoris gratiâ concisæ orarumque summarum cæsurae, indè folia membranatim per flexuras digesta, vel nativis segminibus discreta, laciniata vocitatur, sunt tamen qui lacinosum pro sinuoso usurpent.

LACONICUM, sive CALDARIUM & ASSA, sive BALNEUM AEREUM, cella olim erat nullam aquam intra se continens, ad provocandum sudorem potissimum instituta, & ob id à nonnullis *Calida sudatio* sicuti à *Cicerone* & *Celso Assa* nuncupata fuit, in hac vapor calidus, seu calor ficcus inclusus sudorem provocabat. B. *Πεν*  
D?oog-

**Droog-bad.** G. Ein Trocken-bad. Gall. *Un bain sec, bain de vapeur.* A. A Dry bath.

**LACRYMOSUS,** vide *Dacryodes.*

**LACTATIO,** est lactis pro infantis nutritione ex mammis exsuctio. B. *Melk-saugung.* G. Milch-saugung. Gall. *L'Action d'allaiter.* A. Milking or suckling.

**LACTEA FEBRIS,** est illa, quæ primis puerperii diebus puerperis supervenit, quâ cessante lac in mammis colligitur. B. *Gen Melk-koortz.* G. Das Milch-fieber. Gall. *Fievre de lait.* A. The Milke Fever.

**LACTEA VASA,** vide *Vasa Lactea.*

**LACTES,** quidam pro Pancreate, vel Mesenterio, alii pro lacteis valis sumunt; pro intestinis tamen non ineptè fumeretur, *Plauti* enim verba sunt in *Curcul. Act. II. Sc. III.*

*Ita cibi vacivitate venio laxis lactibus.*

Hoc est, laxis & inanibus intestinis. *Lactes* etiam sunt piscium materia seminalis, quâ ova fecundantur. B. *De Hom.* G. Die Milch in den Fischen. Gall. *Les menus boyaux ou se porte le Chyle. Lait aux Poissons; c'est ce qu'on appelle aussi Ris de veau.*

**LACTUCA,** planta culinaris, sic dicta, quòd abundantia lactis exuberet, vel quòd lactis copiam mulieribus augeat. B. *Salade / Tatouy.* G. Lattich, salat. Gall. *Laitue.* A. Lettes, Lettice.

**LACTUCA SYLVATICA,** idem quod *Hieracium.*

**LACTUCELLA,** est *Sonchus*, seu *Lactero*, quòd scilicet caulis ejus dissectus copioso distillat lacte. A. Sow-thistle.

**LACTUCIMINA,** idem quod *Aphthæ.*

**LACTUMIA,** idem quod *Achores.*

**LACUNÆ,** sunt poruli sive foveæ, seu rugæ in uteri vagina, nullibi majores quàm in inferiore parte meatûs urinarii, ex ductibus illis materia quædam seroso-pituitosa emanat, pro femine habita, quæ vaginam lubricat, & in Veneris quidem actu magnâ copiâ foras prorumpit. B. *Slootjes / buiskens.* Gall. *Lacunes. Lacuna.* Lactantio *Philtrum*, cavum in Labro superiore sub naribus. Gr. *Φίλτρον.* B. *Het voozken in d'opperste lippe.*

**LADANUM,** seu **LABDANUM,** est liquor pinguis ex **Cisti**

Cisti Ledon foliis exsudans, qui canicularibus diebus in Cypro, Candia, Lybia, Arabia &c. instrumentis quibusdam colligitur, & postea Soli, ut induretur, exponitur. Quod ad nos fertur, durum est, friabile, colore opacum, cinereum aut subnigrum, inflammabile, cujus fumus grati est odoris, ideoque in suffitibus & odoramentis, utilitissimum. *Ladanum*, derivatur à Ladon seu Ledum, vide *Ledum*.

**LÆVIGATIO**, est exactissima trituration; quâ Medicamentum aliquod marmore, porphyrite, vel alio lapide polito, affusô liquore conveniente, vel etiam vino, molari lapide lapideo, manu versatili, tam diu versatur, ut in pollinis pulverisque penè impalpabilis formam redigatur, eo modo, quo pictores suos colores præparare solent. Chymicis dicitur Alcool. B. *Gen ontastbaar Poederma-king*.

**LAGOCHILUS**, dicitur is, qui leporina seu fissa labia habet, ex λαγός vel λαγός, lepus apud Hesiod. & λαγός labium. B. *Gen Hazemont*. Vide *Labia Leporina*. G. Hasen scharthen, hasen lippen. Gall. *Bec de Lièvre*. A. Hare Lip.

**LAGOPHTHALMUS**, sive **OCULUS LEPORINUS**, est, cum superior palpebra oculum non planè obtegit, manente nonnihil aperto oculo, cum somnum capiunt; ejusque sunt quatuor casus, à nativitate, vel cum à perversa consuetudine vel retro spectandi efficitur: vel cum convulsione tonica affligitur; vel cum cicatrix dura remanet à vulnere vel ulcere curato, ex λαγός, lepus, & ὀφθαλμῶν oculus. B. *Haze-oogen*. G. Hasen-agen. Gall. *Oeil de Lièvre*. A. Eyes like a Hares.

**LAGOPUS**, est Trifolii species, cujus summitates pedem leporinum referunt. Ex λαγός, lepus, & πῆξ, pes. B. *Haze-poot / Hazen-doet*. G. Hasen-klee, ratzen klee, Hasen-fusz. Gall. *Pied de Lièvre*. A. Rong klaver, Hares-foote.

**LAMBDOIDES**, est futura cranii posterior, os occipitis ab ossibus bregmatis & temporum dividens, à similitudine  $\Lambda$  dicta. Item os Hyoides, ex λάμδα & ἰσο- forma. B. *Gen Winkel-naat*. G. Die dreyeckige fuge des Hirnschedels. Gall. *La Suture Lambdoide*. A. The Lambdoides future.

LAMINA SPIRALIS, vid. *Cochlea*.

LAMIUM, est *Urticæ* mortuæ species quæ habet plures caules longos, quadratos, excavatos, ramosos: folia *urticam* referunt, sed minora, breviora, lanuginosa, non pungentia, mollia, in margine incisâ, caulibus satis longis adhærentia: flores in summitate caulium verticillati, parvi, purpurei, labiati; cujus labium superius *Cochlearis* instar est excavatum, inferius verò bifidum, cordiforme, desinuntque ambo in fauces marginatas: ex calice autem tubulato ac quinque partito surgit pistillum, posticæ floris parti adinstar clavi infixum, ac quatuor veluti embryonibus fissatum, qui deinde abeunt in totidem femina, in capsula, quæ floris calix fuit, recondita, & sunt satis crassa, triangularia, rubicunda, splendentia, per maturitatem decidua: radix est tenuis, fibrosa; tota planta habet odorem fætidum: à *Lamius*, monte *Joniæ*: quidam deducunt à Gr. Γάμιν, *Gramiæ* seu *Lippientes oculi*: quia oculis medetur: alii à *Lamia pisce*, quia hujus piscis horrendum vultum refert, ubi se in raptum componit: vel à nonnullis *Galeopsis* dicitur quia ejus flos felis vultum refert, dum mordere vult: hujus plantæ variæ dantur species. B. *Der keerde netelen / doode netelen*. G. *Taube nessel, tod-nessel*. Gall. *Ortie Morte*. A. *Dead-nettle*.

LAMPSANA, Est planta, quæ habet caulem tres circiter pedes altum, rotundum, striatum, rubicundum, excavatum, ramosum: folia inferiora magnitudine & figura accedunt ad *sonchum lævem*, alternatim disposita, parum mollia, villosa, superiora sunt oblonga, angusta, acuta, sine caulibus: flos semisfoculosus, plurimis scilicet petalis constans, embryoni insidentibus, & calice comprehensis monophyllo, & multifido, qui deinde abit in capsulam striatam, seminibusque fætam ut plurimum tenuibus & acutis: an nomen ab urbe *Lampfacum*? Vel an ab *λαπάζω* evacuatio, quia hæc planta comesta alvum laxat: dicitur etiam papillaris herba, quia in fissuris mammarum vel papillarum optimè conducit. Gall. *Lampfane*. A. *Nipple-wort, Corn-sallet*.

LANARIA, est *Saponaria* seu *Struthion*, sic dicta, quod ad candorem & molliem lanarum ea usâ fuerit antiquitas, vide *Struthium*.

LANCETTA, est cultellus chirurgicus, rectus, acuminatus.

minatus, utrimque anceps; in venæ sectionibus, fistulis incidendis, vel ano, pene & utero clauso aperiendis, idoneus. B. *Ein lancet / laatzjer / steck-mesje*. G. Ein lancet, schrepffeisen, laszeifen. Gall. *Lancette*. A. Lancet or lancet.

LANUGO, in Phytologia, sunt filamenta tenella, plantarum cuticulæ extimæ instar pilorum seu lanæ adnascencia, uti in Verbasco, Gnaphalio &c. B. *Wolligheit der bladeren*. G. Das waellichte an kræutern. Gall. *Laineux, Cotonneux*. A. Woolie.

LANUGO, est barbæ in pubescentibus primum rudimentum, lanæ instar prorumpens. B. *Blaffen-haard / podde-hair*. G. Die ersten bart haar, milchhaar. Gall. *Le poil solet*. A. Soft Young haire, downe.

LAPATHUM, sive RUMEX, ejus sunt variæ species: Est planta, quæ habet caulem striatum, rubicundum, in summitate in multos ramos divisum: folia magna, ampla, longa, acuta, mollia, coloris viridis obscuri caulis longis & rubicundis adhærentia: flores juxta ramos dispositi, multis staminibus constantes: finis pedunculi intra calicem dat placentulam, cui innascitur ovarium triquetrum tribus tubis, apice eleganter fimbriato, quæ lateraliter eminent extra segmenta capsulæ: semina triangulara, splendentia, in capsula membranosa inclusa: radix magna, externè fusca, internè flava, aut crocea, multas fibras habens, saporis amari, adstringentis: derivatur à *λανηδζων*, ab inaniendo, quod ejus decoctum alvum moveat, exinaniatque: dicitur & patientia quia ejus est lenta vis; Rhabarbarum Monachorum, quia à Monachis Rhabarbari loco adhibetur. B. *Patick / paardig / patientie*. G. Mengel-wurtz, grind-wurtz, streiff-wurtz, buben-kraut, wilder-mangolt, lenden-kraut. Gall. *Patience*. A. Dock.

LAPIDES, in singulis tribus mundi regnis locum sibi vendicant: inter vegetabilia, cortices duriores nucleum includentes, dicuntur lapides. In animalium habentur, uti calculi ex corpore humano, Lapis porcinus, Bezoar, &c. Inter mineralia sunt lapides pretiosi & minus pretiosi. Ita autem vocantur Fossilia dura, non ductilia, sed fragilia, in igne fixa, neque facile fundenda ullo igne, in aqua haud solvenda. Nomen nonnullis quoque imponitur medica-



dicamentis, quæ ad duritiem lapideam vel terrestrem excocta sunt, ut Lapis prunellæ, infernalis &c.

LAPIDILLUM, est instrumentum chirurgicum, cochlearis formâ, in extrahendis vesicæ calculis accommodatum. B. Een steen-lepel / lapidil. G. Ein Stein-læffel. Gall. Une Curette ou Tenette. A. Lapidille.

LAPPA seu BARDANA, Est planta, quæ crescit ad altitudinem trium vel quatuor pedum: caules habet rectos, angulosos, lanuginosos, rubicundos: folia magna, ampla, in superiore parte virido fusca, in inferiore albescentia, lanuginosa: constat flore flosculoso; semine pappis instructo brevibus, calice squammoso hamato, ac vestibus hærente comprehensis: femina sunt oblonga, crassiuscula, fusca, striata, saporis subamari, subacris, odoris nullius: radix crassa, oblonga, intus alba, foris nigricans, saporis subdulcis, acris, & amaricantis, odoris ferè nullius. Crescit hæc Planta ubique circa vias in duas distincta species, majorem & minorem, quæ tamen inter se conveniunt viribus, neque magnitudine adeò differunt. Gr. Ἀρκύριον, Προσάπιον, & Προσάρις. Derivari putant nonnulli ab Hebraica voce *Lapath* apprehendit: quia ejus summitates vestes prætereuntium apprehendunt: an verò ab urbe Crete *Lappa* dicta? Dicitur & *Personata*, quia pueri ex foliis conficiunt id quod vocant *Larvas*, *Malques*. B. Klissen / kladden / dokke-bladen. G. Kletten. Gall. Bardane, Gletteron. A. Burre, Baur-docks, Butter-karr.

LAPPAGO, videtur diminutivum à *Lappa*, & sic vocatur *Aparine*; nam ejus semina vestibus similiter adhærent. Vide *Apparine*.

LAQUEUS, est vinculum ita nexum, ut attractum vel pondere pressum, claudatur: utriusque usus est ad fracta luxataque ossa extendenda, & reposita suo loco retinenda, tum ad partes constringendas & arctè vinciendas, Differentiæ laqueorum sunt variæ, nomina fortitæ vel ab inventoribus, vel ab usu, vel alicujus rei similitudine & figura, vel necendi modo vel effectu, quæ cum sine delineatione sint, vix ex sola descriptione percipientur. B. Een strik. G. Ein strick. Gall. Lacs. A. A Snare.

LARIX, est arbor conifera, ex qua etiam Terebinthinae gummi exstillat. Instar abietis alta, truncus rectus, cortice densò, aspero, fisco, fusco obductus: rami sunt

longi, flexiles, tenues, incurvati: folia Pini tenuiora; plura simul ex uno communi tuberculo instar penicilli nata: flos mas amentaceus, pluribus apiculis constans in uno loco plantæ: fructus in eadem arbore, loco à flore remoto, conicus, squammosus, recondens sub suis squamis semen foliatum: hæc arbor creicit in regionibus calidis circa montes. Larix est Gallo græca vox, à Gallo-græcis huic arbori imposita, vox est ergo barbarica, forte nomen traxit ἀπὸ τοῦ λαρινῆς, quod pingue significat. Larix ergo à refinæ copia, quæ turget, alii à λαρῆς dulcis, jucundus derivant, quod odore & aspectu jucundus sit. B. **Korhen-boom.** G. Lerchen-baum, lerchen dannen. Gall. *Larice, Epinardes, Melesè, Meleze, Melaize.* A. Larch-tree, Pine-tree.

LARYNGOTOMIA, idem quod *Bronchotomia.*

LARYNX, GUTTUR, Gr. Λάρυγξ Βρόγχος, Τραχεία Ἀρτηρία. Galeno tamen Λάρυγξ, proprie est caput & ostium asperæ arteriæ, sive cartilaginosa arteriæ, constat ex quinque cartilaginibus. *Primum* par θυροειδῆς sive scutiforme dicitur, protuberantiam illam in collo, vulgò pommum Adami, constituens: *Secundum* par, κερκοειδῆς sive Annularis, qui instar annuli turcici rotunda est: *Tertia* & *Quarta* cartilago aliis unica, sed si membrana exiit, apparet gemina, dicitur Ἀρτηριοειδῆς Guttalis & Glottis. *Quinta* Ἐπιγλωττῆς appellatur, quæ rimam tegit & claudit. Intervit voci & respirationi, à γαργυγίζω clamo. B. **Strotten-hoof / gorgel / de onrechte keel / strot-appel.** G. Die Gurgel, Kehle. Gall. *Le Sifflet, le nœud de la Gorge, le Larynx, le Morceau d'Adam.* A. Head of the Wind Pipe.

LASER, & LASAR, Gr. Σίλφιον, undè habeat originem me latet: videtur esse vox Cyrenaica & Barbarica, undè olim solebat advehi.

LASERPITIUM, Gr. Σίλφιον, cujus caulis ferulaceus μάστιγος appellatur, folia sunt Apio similia, ampla, magna, dentata: flos rosaceus, umbellatus, plurimis scilicet petalis constans cordiformibus, in orbem positus, & calici insidentibus: semen verò latum, membranofum, oblongum, albescens, odoris & saporis Angelicæ: radix longa, crassa, internè nigricans, odoris satis grati: ex cujus caulibus & radice incisus ὄπθ, id est, succus colligitur:

tur : quibusdam caulis Σιλφιον, radix Μαγδαλις, & folium Μάσπερα, dicuntur : succum *Lasfer* vocant : Avicennæ planta *Lasferifera* *Altitit* & *Hiltit* dicitur ; Interpretum aliqui *Asam* reddunt, fortè voce ex *Lasfer* corrupta, quidam putant derivari à Lac & Silphion : crescit in regionibus calidis in montibus. Vide *Silphium*.

**LASSITUDO**, est major defatigatio, & cum dolore aliquo, atque velut tensione motarum partium, quam non modo sentiunt, dum sese movent, sed etiam quieti sedentes, decumbentes, habetque rursus quinque gradus. 1. In tota cute carnibusque sentiunt ac si aciculis pungerentur, maximè si moveant se, aut laffa membra contingant : dicitur *Lassitudo Ulcerosa*. 2. Cum in membris lassis præter alia ardorem percipiunt, dicitur *Lassitudo Phlegmonodes*, quæ in febribus ipsis citra laborem, aut si velis ab inquietudine evenit. Hinc illud *Hippocratis* spontanea lassitudo morbum denuntiat, id est febrem futuram, quæ jam levis aliqua invasit. 3. Cum in profundo circa articulos, id est, in ligamentis & tendinibus, tensio urget, appellatur *Lassitudo Tensiva* sive *Tenodes*. 4. Cum adhuc profundius in ipsis quali ossibus, id est, in ossium & Epiphygium & Apophyium periosteo, contusionis sensum habent, dicitur *Lassitudo contundens*, sive Ο'σσειον. 5. Lassitudo, quæ emaciatis, gracilibus Hecticis aut pueris aut senibus facilis est, Gr. Κόπ, Κάμαρ, B. *Dermocrypte* Heid. G. Muedigkeit. Gall. *Lassitude* ; *Fatigue*. A. *Wearyness*.

**LATERALIS MORBUS**, idem quod *Pleuritis*.

**LATHYRIS**, est *Esula*, *Cataputiæ* aut *Tithymalli* species, ex λὰ valdè & Σίγα calefacio, vel potius Συγίς ostiolum : nam dicitur quòd folia duo, quæ caulis partem summam amplectuntur, cavitatem satis magnam ostendant : etenim inter duo folia, quæ umbellam ambiunt, semen quasi inter duas januas sive bivalvas continetur ; vel à contrario, quòd semen pluribus contineatur tunicis, nempe tribus. B. *Spring-kruid* / *spurgie*. G. *Springkraut*, *spring-kærner*, *treib-kærner*. Gall. *Epurge*. A. *Spurge*.

**LATHYRUS**, est *Cicercula*, *Leguminis* species, habet caules flexiles, repentes, in multos ramos divisos, compressos, costa elata margine foliato, folia bina tantum conjugata ad nervum in claviculas abeuntem, oblonga, acu-

ta, angusta : flores sunt leguminosi , albi : Ovarium vagina membranacea tectum fit filiqua teres, compressa, alba, facta femine modo Cylindraceo, modo anguloso, internè coloris flavi : radix exigua & fibrosa, hæc planta inservit ornamentis hortorum. Fortè à *λαδών* latere, quòd in folliculis lateat. B. *Platte erwtten*. G. *Platte erblen*. Gall. *Gesse*. A. *Cicheling*.

LATISSIMUS DORSI MUSCULUS, vide *Ani scalptor*.

LAVAMENTUM, idem quod *Fotus*.

LAVATIO, potissimum dicitur de resinosis, terreis, mineralibus & metallis, cum aqua vel alio liquore, ab eorum immunditie purgatis, posteaquam demum exsiccatis, ut in Aloë lota, lapidibus &c.

LAUDANUM, dicitur de solo medicamento ex opio confecto, idque *Laudanum Opiatum* vocitant, ob vires nempe quas præstat laudabiles. Nonnulli dictum esse putant ab articulo barbarico & anodyna vi, quasi dicas *ANODYNA*, alii quòd Ladanum cyprium simuletur. Occurrunt variae apud Authores descriptiones, Dolores intolerabiles pellit, & fluxus quoscunque sistit.

LAVENDULA, seu LAVANDULA, & PSEUDONARDUS, Est planta, quæ habet caules duos vel tres pedes altos, duros, lignosos, quadratos, folia sunt oblonga, albescencia : flores parvi, summis caulibus & ramis verticillatim innati, in spicam oblongam tritici æmulam congesti, coloris cærulei : femina post flores parva, oblonga, capsulæ inclusa, quæ flori tanquam calix inservit: radix lignosa : tota planta habet odorem penetrantem, aromaticum, gratum, saporem amarum, planta hæc officinalis sic appellatur, eo quòd balneis & hominum lavacris expetatur, elotaque omnia, si permisceatur odoris commendet suavitate, ergo à Lavando nomen sortitur : spica quoque dicitur, quia sola spicas gerit inter omnes verticillatas plantas; Nardus plurimis etiam vocatur : num sit Nardus veterum, id aliis inquirendum relinquimus. B. *Lavendel* / *spyk*. G. *Lavendel*. Gall. *Grand Lavande ou Aspic*, ou *Nard*. A. *Lavender*.

LAVER, five SION, seu BECABUNGA AQUATICA, nomen haud dubiè à lavando contraxit, quòd sonantibus aquis enatum semper elui gaudeat. Vide *Becabunga*.

LAU-

**LAUREOLA**, seu **DAPHNOIDES**, arbuscula est semper virens, flore luteo, cujus baccae validissime purgant, est diminutivum à voce *Laurus*: nam à lauri forma & specie, quam in foliis & fructu refert, dicta est. B. *Berg-peper*. G. *Zeilant*, *kellers-hals*. Gall. *Laureole*. A. *Laurel*, *Garland*.

**LAUROCERASUS**, est Frutex pulcher & visui gratus, foliis laurinis, sed majoribus, magis viridibus, & glabris; caulem habet rectum, ramosum; ejus cortex est virido fuscus; lignum est album, calix cavus, infundibuli formis, ora plana, quinquifida: flos rosaceus, pentapetalus, staminibus multis fecundus: Ovarium in fundo calicis instructum tuba longa fit fructus ceraso similis, undè nomen impositum; fœtus ille fructus est putamine obrotundo, tenui, fragili, continente semen oblongum, saporis amari; Hæc arbuscula colitur in hortis. B. *Laurier-herg*. G. *Lorbeer-kirschen*, *Lorbeer-stand*. Gall. *Laurier Cerise*. A. *Laurel cherry*.

**LAURUS**, est arbor in regionibus calidis ad fatis magnam altitudinem crescens; truncus politus, non nodosus: lignum porrosum & satis debile: rami longi: folia longa, duos vel tres digitos lata, acuta, dura, semper virentia, parùm succulenta, nervosa, polita, odoratissima, saporis acris, amari, & adstringentis, brevibus caulibus adherentia: flores sunt monopetali, pelvi-formes, multifidi, & plerùmque nudi, staminibus quasi ramosis & bracteatibus constantes: sub cortice exteriori tegumentum corneum seu durum habet: antiquitas in laudis honorem solebat ex hujus arboris ramis coronas flectere: hinc à *Laud* sibi nomen adscivit, Gr. *Δάφνη*, quæ Poëris fabulandi occasionem videtur præbuisse, *Daphnen* puellam ab *Apol*line adamatam, cum vim ejus effugere non posset, Deorum miseratione in laurum fuisse mutatam. B. *Laurier-boom*. G. *Lorbeer-baum*. Gall. *Laurier*. A. *Laurel-tree*.

**LAURUS ALEXANDRINA**, Gr. *Δάφνη Ἀλεξάνδρεια*, vel *Ἰδαία*. Officinis *Uvularia*, nonnullis *Bonifacia*, Theophrastus appellat *Ἐπιφύλλακαρπον*, quòd fructum super foliis ferat. *Alexandrinam* autem *Laurum* dictam putamus, quòd Alexander Victor ea usus fuerit, hinc quoque *Victoriola* appellatur, quòd nimirum Victores ea pro *Lauro*

in triumphi & victoriæ signum uterentur. *Idea* verò appellatur ab *Ida* monte, quo in loco speciosior nascatur. Vide *Hypoglossum*. Gall. *Laurier Alexandrin*.

**LAXANTIA**, sunt medicamenta, quæ benignis stimulis hærentia in ventriculo & intestinis, solvendo, lubricando, ex alvo evacuant. B. *Zagte uitdypbende middelen*. G. *Laxirende mittel*. Gall. *Remedes laxatifs*. A. *Laxative remedy*. Hoc autem nomine à nonnullis donantur Medicamenta, quæ valent liquiditate suâ intrare vasa corporis minima, illorum parietes suâ gravitate remove-re; infarctumque expellere, apta fluori interponere, ita ut solida antè rigefacta, iterum horum ope reddantur apta flexioni absque solutione continui. B. *Leenigmakende middelen*.

**LAZULI LAPIS**, est lapis intensè cæruleus, non pellucidus, aureis punctulis, aut venulis exornatus, Armenio durior. Exindè præparatur color *ultramarinus* vulgò dictus. Alius est *fixus*, ex Oriente ferè allatus, qui colorem in igne non mutat, & alius est *non fixus*, cujus color in igne disparet, & is in Germaniæ locis reperitur. Pro deponenda alvo adhibetur intus. B. *Lazur-sfeen*. G. *Lazur-stein*. Gall. *Pierre d'Azur*. A. *Lazur-stone*.

**LEBES**, vide *Cacabus*.

**LELYTHUS**, vide *Pisum*.

**LEDUM**, est Cisti species, dicitur quod folia ejus neque lævia, neque nitida sunt, sed scabra & pannosa. *Λῆδον* enim vestis ex panno raro ac detricto est, vel *ἀπὸ τοῦ δολιχόρου*, quòd capræ ac hirci pinguedinem ejus deprædentur ac diripant; nisi placeat ab Arabibus nomen *Ladi* impositum, undè & *Ladanum* dici videtur. B. *Berg-roos / alp-roos*. G. *Bæhren-blust*, *alpros*, *huner-laub*. Gall. *Ourels*. A. *Hillrose*.

**LEGUMEN**, quid sit omnibus notum: nominatur à *legendo*, quod manu legatur. Gr. *Φυκὴ, Χέρον, Ὀπείον*.

**LEMNIA TERRA**, est terra alba, tenax, ita tamen ut linguæ adhæreat sine mordacitate, lubrica ob pinguedinem, in insula Lemno effossa; usus ejusdem ac Terræ sigillatæ, vocaturque *Terrâ sigillata Turcica*. Gall. *Terre Sigillée ou Scellée*.

**LENIENTIA**, idem quod *Laxantia*.

**LENO**, & **LINON**, seu *Torcular Herophili*, est ille lo-

locus in cerebro, ubi sinus tertius meningis primo, secundo & quarto jungitur. B. *De pers.* G. Der kelter im gehirn. Gall. *Le Pressoir d'Herophile.*

LENS, & LENTICULA, est legumen minus. Habetque caules pedem circiter altos, satis crassos, angulosos, villosos, ramosos, flexiles, in terram cadentes, nisi sustineantur: folia oblonga, conjugata uni costae adnata, desinenti in viticulam: flores ex alis foliorum erumpentes, leguminosi, albi: flori succedit siliqua brevis, parva, compressa, facta feminibus orbiculatis utrimque convexis, compressis, duris, politis, coloris albi, aut flavescens, rubicundi aut nigricantis: radix exigua, alba, fibrosa: hæc planta crescit in locis aridis. Gr. *Φακή*, & *Φακός*, an à *Lenteo*, quia lentum & sanguinem tardigradum efficiant? Vel lentam alvum procurent, quoniam nimiam laxam constipent? Vel à lenitate, quia lenis est ejus superficies, quia lævis & planta: vide *Phace. A. Linse.* G. Linse. Gall. *Lentille.* Est & alia lentis species, quæ dicitur *aquatica*, foliola sunt viridia, lentis magnitudinem habentia, & aquis innatantia. B. *Water-linsen/ eenden-groen/ kroost.* G. Meer-linsen. Gall. *Petite Lentille des Marais; ou Lentille d'Eau.* A. Water fitch, Water-lentils.

LENTA FEBRIS, est, quæ homo lentè & emarcescendo consumitur, quæque ob parvitatem vix observatur cum adest, huic adfunt quoque viscerum quorundam obstructions. B. *Cape en trage kroost.* G. Ein langames fieber. Gall. *Fievre Lente.* A. Lingring Feaver.

LENTICULARE INSTRUMENTUM, pertinet ad operationes Chirurgicas, quo ossa minus glabra poliuntur. B. *Wikkops-tuig/ polpft-tuig/ schraapmes.* G. Ein polier messer. Gall. *Instrument Lenticulaire, Instrument pour polir les os.* A. Instrument for the polishing or finooking of bones.

LENTIGINES, sive EPHELIDES, sunt maculæ lentæ colore referentes, quibus, in sæminis præcipuè, facies imprimis, interdum Manus, Brachia, & thoracis pars superior aëri exposita, nunc densius, nunc rarius, quasi guttatim, conspersa est, sine omni dolore & molestia, in quibusdam ætatis solum tempore apparentes, hyeme verò evanescentes, in quibusdam verò perennantes. Gr. *Φακός.* B. *Zomer-sproeten.* G. Sonnen-flecken, sommer-

mer-flecken. Gall. *Taches de rouffeur*. A. Freckles.

**LENTISCUS**, est arbuscula masticichen exsudans, valde ramosa: rami ejus sunt crassi, flexiles, cortice cinereo obducti: folia Myrtim referunt, per paria ad unam costam disposita, non in unum folium definitem, semper viridia, tenera, odoris fortis non ingrati, saporis adstringentis, acidiusculi, flores ex foliorum alis nascuntur instar racemorum dispositi, rubri, vel coloris herbacei pallidi, ad purpureum accedentis: fructus sunt baccæ rotundæ, nigræ, saporis acidi, habentes nucleum oblongum, nigrum, durum, continentem medullam albam vel viridem: ex hisce baccis in Italia oleum conficitur: crescit hæc planta præcipue in Insula Chio. Dicitur videtur à *Lenteo* verbo, sic propter ejus virgultorum lentitudinem deducunt, sed malunt alii à foliorum pinguedine lentore, que, quem habent, cum manu tractantur. Gr. *λεντις* quasi *λεντις* fissilis; quod facile & frequentur in dentiscalpia findatur. B. *Mastic-boom*. G. *Mastic-baum*. Gall. *Lentisque*. A. Mastic-tree.

**LEONTIASIS**, idem quod *Elephantiasis*.

**LEONTOPETALON**, est planta, quæ habet folia ampla, serè rotunda, instar soldanellæ, hæc integra, illa laciniata, venosa, coloris cærulescentis, longis caulibus adhærentia: ex his nascitur caulis pedem circiter altus, lineis purpureo pallidis notatus, in multos ramos divisus, habens folia minora, & minùs incisa quàm sunt inferiora: flores in summitate ramorum nascuntur, foliis oblongis intermixti, & in spicam congesti, magni instar ranunculi, quinque petalis constantes, oblongis, flavis, vel rubicundis in stellam dispositi: flori succedit capsula, habens in se semina magna, nigra: radix crassa, rotunda, inæqualis, gibbosa, externè coloris cinerei, externè viridis subflavi, saporis amari: hæc planta crescit in locis calidis folium Leoninum sonat, ex *λεων* leo, & *πιταλον* folium. Ejus radix ictibus serpentum mederi dicitur. B. *Leuwenblad*. G. *Læwen-blät*. Gall. *Feuille de Lion*. A. Lyons blade, Black-Turnep.

**LEONTOPODIUM**, five **PES LEONIS**, est *Gnaphalii* species: sic dicitur propter villosam foliorum & florum effigiem crus pedi annexum aliquantum referentem, *λεων* leo, & *πῆς* pes. B. *Leuwen-vost*. G. *Læwen-fusz*. Gall. *Pied de Lion*. A. Lyons Foot.



LEPIDIUM, vulgò *Piperitis*: est planta, quæ plures habet caules duos vel tres pedes altos, rotundos, politos, medulla repletos, ramosos: folia longa & ampla, instar mali citreæ, acuta, pingua, ex viridi in luteum vergentia, in margine incisa, alternatim disposita; folia partis inferioris caulibus longis adhærent: flores in summitate ramorum crescentes, exigui, albi, quadrifidi, cruciformes: post florem sequitur fructus, vel siliqua plana, utcunque in cuspidem desinens, referensque ferrum vel cuspidem hastæ militaris & dehiscens in duo loculamenta, semina exigua, & oblonga continentia: radix longa, repens, alba, digiti crassitie, saporis acris: hæc planta crescit in umbra: appellatur, quòd λεπίδες, hoc est squamas & maculas in facie deleat, & repurget, vel ἀπὸ τοῦ λεπίζειν, id est, ἐκδιεγειν dictum, quòd suâ acrimoniâ urenti ulceret, excoriet, eâque facultate, vel ferro notas frontis servorum inustas deleat. Vide *Piperitis*. B. *Peper-kruid*. G. *Pffer-kraut*. Gall. *Passerage*. A. *Dittander*, *Dittammer*, *Peper wort*.

LEPIDOIDES, est sutura cranii *Mendosa*, sive *Squammosa*, à relatione appellata. Vide *Mendosa*, ex λεπίς: *Squamma*, à λίσσα decortico, & ἰδίῳ forma. B. *De schub-naad*. G. *Schup-nath*. Gall. *Suture fausse ou ecailleuse*. A. *The Scaly Suture*.

LEPORINA LABIA, idem quod *Lagochilus*.

LEPORINUS OCVLUS, vide *Lagophthalmus*.

LEPRA, est scabies sicca, quâ cutis in squammas, piscium instar mutatur: Differt à *Leuce & Albo*, eo quòd lepra aspera est ad contactum & pruritus inducit; quandoquidem cutis sola affecta est, ideòque excoriata cute subjecta caro sana apparet, à λεπρός scabrum reddo. B. *Wäker-ziekte / lazerie*. G. *Die maltzey*, *aussatz*, *feld-sucht*. Gall. *Lepre*, *Ladverie*. A. *Leprosie*.

LEPRA ARABUM, idem quod *Elephantiasis Græcorum*.

LEPRA GRÆCORUM, sive *IMPETIGO CELSI*, Gr. ἀπὸ τοῦ λεπίδων squammis denominata. Summus quidam *Psoia* seu scabiei gradus est, mox autem in principio, ne quis authorum lectione turbetur, observandum, nos hic de *Græcorum Lepra*, non de *Arabum* loqui. Quem autem Arabes *Lepram* nominant, ille *Græcorum* est *Elephan-*  
phan.

*phantasia*; qui nihil aliud est, quàm universalis totius corporis *Cancer*, dum inquit. *Lepra* est morbus ortum habens ex bile atra per totum corpus sparsa, undè intemperies partium, forma & figura, & tandem etiam ipsa continuitas corrumpitur, & est cancer communis corpori toti. *Græcorum* verò *Lepram* nominant *Arabes Albaram nigram*. *Albaras nigra*, idem est quod *Impetigo excoriativa*, & est scabiolitas accedens cuti, aspera, vehemens, & facit squammas piscium cum pruritu. Major in *Lepra* est humorum corruptio & intemperies, quàm in *Scabie*, & in *scabie* solùm quædam corpora furfuracea decidunt, in *Lepra* autem velut squammæ piscium; ita ut à pruritu per scabiem ad *Lepram* fiat transitus. Nam pruritus est levis quædam cutis asperitas, in qua, nisi fortè violentius scalpatur, nihil ex cutè decidit: in *scabie* postea jam humor evidentior est, & scalpentibus furfuracea quædam corpuscula, sed squammosa, seu scalpentibus, seu non scalpentibus decidunt: etenim in *scabie* materia est tenuior, summam saltem cutim depopulatur: deindè in *Lepra* materia crassior est, non solùm summam superficiem, sed etiam profundiora cutis depascitur. *Græcorum* hanc *Lepram* procul dubio sub *impetiginis* nomine proposuit *Celsus*. Non verò *Lichenem Græcorum*, quæ aliis *impetigo* dicitur, intellexit. B. *De griekse lazerie*. G. Der Griechische Auffatz. Gall. *Lepre des Grecs*. A. Leprosie of the Greekes.

**LEPTOPITYRON**, est Furfur macer, ex λεπτός tenuis, gracilis, macer, & πύρον furfur.

**LEPTUNTICA**, idem quod *Attenuantia*, à λεπταίνω attenuo.

**LETHARGUS**, est sopor in morbis profundior quàm in comate vigili, sed minor quàm in comate somnolento & caro: tum quoque delirium & febris adsunt. Tumet facies, reliquum corpus marcescit, manus tremunt, sudant, & aliquando sudorem frigidum, oblivione tenentur, ut matulam fortè manu tenentes, mox ejus obliviscantur, Urina turbata est, & febris cum lenta, tum accessiones imprimis circa vesperam habens, ex ληθῆ oblivio. B. *Slaap-hooz*. G. Die schlaf fucht, schlaf-fieber. Gall. *Lethargie*. A. Dead-sleep.

**LEVATOR MUSCULUS**, est unus ex scapulae musculis.

culis, ita per excellentiam nuncupatus, à transverso fecundæ, tertiæ & quartæ, nonnunquam quintæ colli vertebræ processu, vario fibroforum fasciculorum cætu emergens, circa medium ipsi intricatissimè connectitur, quæque etiam carnea alterius classis fibram nervosam sive tendineam recipit. Validus ex parte carneus, ex parte tendineus, elatiori atque inferiori scapulæ angulo infigitur, atque hic scapulam elevat. Dicitur & *Patientia Musculus*. B. *Upligtende spier*. G. Der aufhebende mausz. Gall. *Muscle Releveur*. A. The Uplifting muscle.

LEUCACANTHA, est spina alba, carlina, chameleon, &c. ex λευκή alba, & ἀκανθα spina. B. *Witte wegdistel*. G. Weiss weg-distel. Gall. *Chardon Argentin*. A. White Thistell, Coton Thistell.

LEUCANTHEMUM, Habet omnia, quæ in Chrysanthemo notata sunt, nisi quod folia florem coronantia sunt alba: radix est fibrosa repens, saporis acris, quasi albus flos, sic chrysanthemum flore albo vocatur: ex λευκόν album, & ἀνθός flos, cumque flos Helenii sit instar, dicitur flos solis albus. Gall. *Marguerite*.

LEUCANTHOM, in genere planta est, flores producens candidos, ex λευκόν album & ἀνθός flos.

LEUCE, seu VITILIGO ALBA, est mutatio, in qua pili cutis & nonnunquam subjectæ carnes in album colorem mutantur; caro ac puncta non sentit, nec sanguinem emittit sed humorem lacteum. Dicta est λευκή à populo alba: quoniam, ut in illa arbore, sunt veluti quædam lanugines, sic in istoc affectu apparet albedo in ipsa cute; differt ab *Albo* quod *Leuce* altius penetret & cutim mutet, ita ut etiam pili immutentur, à λευκός album reddo. Arab. *Albaras alba*. B. *Die witte lazerp*. G. Die Weisser Aussatz. Gall. *Lepre blanche*. A. Witte leprosie.

LEUCELECTRUM, est succinum album, ex λευκόν album, & ἠλεκτρον succinum.

LEUCOENUS, est vinum album, ex λευκόν album, & οἶνον vinum, ab οἶνον juvo.

LEUCOION, est planta, quæ habet caulem plus quam duos pedes altum, rotundum, lignosum, in multos ramos divisum, lanugine albâ instructos, & in arbusculæ formam dispositos: folia sunt longa & ampla ferè instar falicis, alba, mollia, lanuginosa: flores in summitate ramo.

morum crescentes, quadrifidi, oblongi, cruciformes, coloris rubicundi aut purpurei, aut violacei, aut albi, odoris suavis: flori succedit filiqua oblonga, angusta, compressa, septo medio distincta, cui adhærescunt semina orbiculata, plana, ad margines foliata, coloris rubicundi, saporis acris: radix exigua, sed lignosa & fortis: hæc planta colitur in hortis; variæ hujus plantæ dantur species; flore albo vocatur flos keyri hortulanis, violettes; vel est Narcisso Leucojum sive Leucojum bulbosum hexaphyllum, vel Leucojum bulbosum triphyllum, quasi planta ad Leucojum & Narcissum accedens. B. *Muur-violetten / muur-bloemen*. Gall. *Giroffier*, ou *Violier*. ex λευκόν album & ἴον viola. à λευκῶν dealbo, propriè vocatur viola alba.

LEUCOLACHANUM, est olus album, sive Valeriana campestris, ex λευκόν album & λάχανον olus.

LEUCOMA, est cicatrix vel macula opaca, alba in cornea oculi tunica, ex incrassatis vasis per lamellas hujus tunicæ currentibus oriunda, à λευκός albus. B. *En wit lid-teiken op 't oog*. G. Ein maal, oder weisser fleck am auge. Gall. *Cicatrice blanche sur l'Oeil*. A. White scar in the horny micle of the eye.

LEUCOPHAGUM, fit ex amygdalis in aqua rosarum maceratis, & carne caponis vel perdicis elixa, tusa & per fetaceum trajecta: usus est in pthisi. Ex λευκόν album, & φάγη edo. B. *En wit toebereid sel*. G. Weisse huener bruche. Gall. *Blanc manger*.

LEUCOPHLEGMATIA, est Anasarca pituitosa, sive hydrops per totius corporis ambitum, ex λευκόν album, & φλέγμα pituita. B. *De witte zugt / spm-zugt / ongedaantheid*. G. Weitz-sucht, wasser-sucht. Gall. *Leucophlegrmatie, Hydropisie*. A. Pituitous dropesie.

LEUCOPIPER, vide in *Piper*.

LEUCORRHOEA, vide *Fluor albus*.

LEVISTICUM, est planta, quæ habet caulem valde altum, crassum, friatum, nodosum, excavatum, ramosum: folia Apii, sed majora, & ampliora, coloris virido fusci, splendentis, odoris penetrantis, non ingrati: flos est rosaceus, umbellatus, plurimis scilicet petalis constans, in orbem positus, & calici infidentibus: Is autem abit in fructum ex duobus seminibus compositum oblongis,

gis, crassiusculis, Apii femine majoribus, hinc gibbis & striatis inde verò planis, saporis acris, aromatici subdulcis, odoris fragrantis: radix oblonga, pollicari crassitie, in fibras crassiores divisa, foris fusca, intus pallida, saporis acris aromatici subdulcis, odoris jucundi & fragrantis, nonnullis gravis & molesti: quibusdam *Smyrnion* & *Ligusticum* vel *Laserpitium germanicum*: crescit in ea Apenini præcipuè parte, quæ Liguriæ imminet undè ei nomen: vel à levando, quòd à flatibus, levet. Gr. Λιγυστικόν, & Λεωσικόν. B. *Tabag*. G. Lieb stöckel, badkraut. Gall. *Livefche*, *Leveche*, *Ache de Montagne*. A. Louage, Alisander.

**LEXIPYRETON.** Vox apud Plinium & alios deinceps posita, denotat medicinam quæ febres fugat, à λήγω delino, πυρετός, febris.

**LIBANOS & LIBANOTOS**, undè *Olibanum*, sive *Thus*; sic dicitur à monte Syriæ, à λιβω vel λειβω stillo, quia ex arbore Thurifera lachrymæ stillant. Vide *Thus*.

**LIBANOTIS**, alii *Rosenmarinum* vocant, nonnulli aliam herbam ex ferulaceis unam: dicitur, quòd *Radix Thus*: seu *olibanum oleat*. Vide *Libanos*, & *Rosmarinum*. Arab. *Elkialgebar*. A. Candy All-heal.

**LIBER**, est vegetabilium pars corticis interior, quæ ligno pressius adhæret. Iis quibus scribimus fibras nomen dedit.

**LIBRA**, apud Medicos uncias duodecim pendet, apud mercatores sexdecim. Sumitur quandoque pro *Mina*. B. *En pond*. G. Ein pfund. Gall. *Une Livre*. A. A Pound.

**LIBURNUM**, est *Viburnum*, sic fortè dictum à Liburniæ regione.

**LICHEN**, est musci viridis species: quæ in Quercuum truncis crescit, aliquando in lapidibus muscosis, hepaticam fontanam refert, sed est multo major: folia ejus sunt aspera, sicca, dura, coloris cinerei, punctis notata, lanuginosa in parte inferiori, quæ arbori adhærescunt, alba, fractu difficilia: sic appellatur, quod contra lichenes quo nomine vocantur omnes morbi cutanei, omnibus remediis anteponat, vel quoniam saxa, quibus adhæret, linguæ modo lambat, à λήγω lambo. *Hepaticam* quoque recentiores vocarunt, quod jecinorum fibris similis conspiciatur. B. *Leverkrupd van de steene of fonteynen*.

G. Leber-kraut, stein flechten. Gall. *Hepatique des bois ou herbes aux Poumons*. A. Liverwort, Stony or of the Fountain.

LICHEN, Barbaris *Serpigo* five *Zerna*, *Haliabbas* vocat *Petiginem*, & *Sarpedinem*, vulgus appellat *Volaticam*. *Lichenes* sunt asperitates quædam cutis, & veluti tumores cum pruritu multo, ex quibus materia emanat. Gr. & Arab. duo fecerunt Lichenum genera, alterum benignum & mitem: alterum ferum. Atque secundum *Avicennam* alia humida, ex qua confricata manat ros; alia verò sicca: atque humidam magis salvam esse; siccam verò fieri à pituita falsa conversa in humorem melancholicum. Ex rursus scribit, aliam etiam Imperiginem excoriari ob vehementem siccitatem, & multitudinem profundationis; aliam verò non excoriari; & aliam esse ambulativam & malignam, aliam verò stantem. Alia etiam est antiqua, alia recens. Hinc liquet, Scabiem ipsius *Corn. Celsi* nihil aliud esse, quàm *Lichenes* ipsos Græcorum, & Imperiginem Arabum. Fit in toto corpore, sed præsertim in facie & mento, ut habet *Galenus*, est enim Lichen, *Inquit*, menti injucundissima affectio, quoniam pruriginem multam inducit, facit partium affectarum circumtensionem: periculosa est non parùm, proserpit per totam faciem, oculosque interdum contingit, & tandem etiam extremam sordiditatem parit, *Lichen Græcorum* est *Impetigo Plinii*, five inæqualitas cutis, cum insigni pruritu & pustulis siccis, ad vicina serpens & extendens. B. *De Hair-worm / Dzoog-kraussel*. G. Flechten, schwinden, zitter-maal. Gall. *Dartre*. A. Tetter, ringworme, wild fire. *Lichen* etiam callus in equorum pedibus dicitur.

LIEN, idem quod *Splen*.

LIENTERIA, est alvi fluxus, seu lævitas intestinorum, quâ alimenta cruda mutata parùm, vel separata, vel permistis facibus excernuntur, ita tamen ut ab his ista dignoveris. Itaque alimenta non subsistunt in ventriculo, sed mox in alvum propelluntur, cum murmure aliquo, distensione, dolore & nausea. Hic verò fluxus diu perseverans, vires admodum frangit. Ex *ασίον* leve, *έντερον* intestinum & *πίον* fluo. B. *Spyss-loop / afgang van onverteerde spyss*. G. Der bauch-flusz. Gall. *Flux de Ventre*, *Lienterie*. A. The Flixe, laxè, vel looseness of the belly.

**LIGAMENTUM**, Gr. *ζαυδοσμοσ*, est pars solida, & admodum fibrosa, simili ferè cum cartilagine duritie, ex multis membranis sibi mutuo impositis & concretis ortum ducens, magnitudine, numero, situ, varia, lata vel rotunda, prout ad cartilaginis aut membranæ constitutionem accedit, siccior aut humidior, durior aut mollior, minus, magisque lenta & flexilis, colligendis partibus, maxime ossibus, ad faciliorem motum destinatur. B. *Gen band / been-band / geelhair*. G. Ein band, spannadern, sehnen. Gall. *Ligament*. A. Idem.

**LIGAMENTUM CILIARE**, oritur ex circumferentia uveæ tunicæ, ubi duplicata membrana ejus posterior se reflectit ad crystallinum, & constituit ligamentum illud seu *interstitium ciliare* dictum; quæ sunt tenuia quædam filamenta musculoſa ex uvea producta, referentia lineas nigras, palpebrarum pilis similes, & vitreum humorem anteriùs protuberantem coërcent, crystallinum connectunt; quamvis autem hæc filamenta radiata & libera videantur, cum atrum ex oculo ablutum sit; tamen naturaliter adest membrana, quæ fibras has radiantes connectit inter se invicem; radii verò hi ex uvea, uti ex circumferentia emissi, coëuntes versùs crystallinum humorem, centrum quasi peterent; infinitis gaudent vasculis, tum per propriam substantiam currentibus, tum in spatiis intermediis luxuriantibus, & cum invicem communicantibus, quæ artificiosa anatomicorum injectio hoc tempore cum aliis claris inventis, in oculis balænarum, aliorum animalium, & dein in hominibus detexit: usum verò habere videntur, dum sphericè anteriori protuberent, & posticè premantur extrorsùm ab humore vitreo, ut dum se contrahant musculorum instar & quidem instar diaphragmatis, fiant filamenta hæc radiata planiora, adeoque comprimant Vitreum versùs posteriora, sed ille resistantiam multò majorem passus ob inflexiles ferè tunicas oculi ambientes. Scleroticam & Adnatam &c. fertur iterum versùs anteriora in Crystallinum, ubi minima est resistantia, adeoque Crystallini protuberantiam antrorsùm conciliant. B. *Hog-hair gelphe band*. G. Der augen haarband. Gall. *Ligament Ciliaire*. A. The ciliar ligament.

**LIGAMENTA UTERI**, improprie dicta. Duo dicuntur rotunda sive teretia, instar lumbricorum. Oriuntur

lateribus fundi uteri & in ossa pubis desinunt. Alterum par latum est & membranofum, vocanturque *Vespertilionum Ala*. Hæc habentur ad latera fundi. B. *Der Mœrder-banden*. G. Bänder der bærmutter. Gall. *Ligamens de la matrice*. A. The ligaments of the Womb.

LIGULA, quarta pars cyathi dicitur, hoc est, semiuncia, demptis sc. duobus scriptulis. Item *Clavicula*.

LIGUSTICUM, vide *Levisticum*.

LIGUSTRUM, est magna arbuicula, habens multos ramos longos, flexiles, cortice obductos cinereo, lignum est durum, & album: folia ex adverso per intervalla nascuntur, oblonga, angusta, salicem referentia, sed breviora & crassiora, atro virentia, splendentia, saporis acris, amaricantis, & parum adstringentis: flores monopetali, infundibuliformes, tetrapetaloides, & pentapetaloides, calici exiguo innitentes: ovarium in imo calicis sit fructus globosus, mollis, succo plenus, seminibusque factus ut plurimum quaternis hinc gibbis, inde vero planis: Lignum hujus arboris est adstringens, hinc ejus decoctum in morbis oris, scorbuto, diarrhæa convenit: folia & flores similiter usurpantur in affectibus ubi adstringendum, ut in affectibus quibusdam uvulæ & oris; herniis infantum &c. derivant à lego, quasi *Legustrum*, vel an à ligando, quod sepius alligetur? B. *Liguster / mond-hout / heel-kruid / rhywiltge / witte vilt-kruid*. G. Hartriegel, bein-holtz, rein-weiden, mund-holtz. Gall. *Troefne, Fresillon*. A. Privet, peyvet, privat, prim print.

LILIA GO, est Phalangium, quia flosculosos habet lilii in modum; est diminutivum à Liliū.

LILIASPHODELUS, est Hemerocallis; componitur vox ex Liliū & Asphodelus, vide suo loco.

LILIUM, est planta, quæ habet caulem duos vel tres pedes altum, rotundum, rectum: folia sunt longa, satis ampla, sine caule caulibus adhaerentia, polita, splendentia, tenera, succum viscosum habentia: flos veluti campaniformis ex petalis sex compositus, nunc magis nunc minus repandis: pistillum ab it in fructum oblongum, ut plurimum trigonum, in tria loculamenta divisum, seminibusque factum quasi marginatis, gemina serie sibi incumbentibus: radix bulbosa, carnotis squammis constans, extrinsecus in orbem quasi sibi invicem appositis, intus alba.



alba, extus parum fusca, saporis mucilaginosi & lenti, odoris nullius: Gr. κείρον, & λείριον, unde forte descendit Liliium, vel ab æqualitate & lævitate quasi λείον εἶναι pleonastico τοῦ λείριον Liliium dicitur, κείρον à κείρειν, quidam dici putant à pulchritudine & Majestate; quod cæteris floribus certet, judicium petat ac ferat. Iridis specibus nomen illud κείρον imponitur. Vide *Rosa Junonis*. B. Heli. G. Lilie, gilgen, lilgen. Gall. *Lys*. A. Lilly.

LILIUM CONVALLIUM, vide *Ephemerum*. Est planta, quæ habet folia Lili vel Plantaginis, oblonga, satis ampla, viridia, polita: Caulis est parvus, semipedem circiter altus, tenuis, angulosus, nudus; finis pedunculi sit flos monopetalus, campaniformis, exiguus, obrotundus, in quinque vel sex segmenta fissus, pendulus, spicatus, albus, odoris grati, saporis amari; ex apice pedunculi intra florem ovarium nascitur, quæ fit bacca mollis, subrotunda, rubicunda, continens semina dense congesta, rotundula, dura, amara: radix longa, parva, repens, alba: hæc planta crescit in sylvis & vallibus; hinc Liliium vocatur à similitudine foliorum & convallium, quia in vallibus crescit. B. *Weybloemen / lelitjes van den dale*. G. Meyen-bluemlein. Gall. *Muget*. A. Lilly-convally, may-lilly, Conval-Lilly.

LILIUM INTER SPINAS, est CAPRIFOLIUM, seu MATRISYVA, sic dictum, quod inter virgulta Sylvestria, & Spinas, odore Lili albi, crescat. B. *Grästen-blad / mennichens-kruid*. G. Waldwinde, specklilien. Gall. *Chevre-feuiffe*. A. Wood-bind, Wood-bine, Wortt-binde. I. Vinci bosco.

LIMATIO, est corporum duriorum mediante lima, tornove, in pulverem grossum redactio; locum quoque habet circa dentes acutos & ossa carie vel excrecentiis infecta.

LIMODORUM, quasi famem causans, à λιμός fames, & δάρον donum. Vide *Orobanche*.

LIMONIA MALUS, & LIMONIUM, folia flos, fructus ut citrei, sed caro tenuior longè quàm citrei, ipse fructus minor; cortex tenuior, pulpa copiosior, succus acidior; est citrei coloris fructus. Nomen videtur Indicum, ubi in utraque India à Lusitanis *Limmes*, & *Limmeties*. B. *Limtoen*. G. Limonien. Gall. *Limonier*. A. Lemons, Limons.

LIMONADA, est species julepi, in quem limonum succus, cum saccharo ingreditur. B. *Limoen-dzanki*.

LIMONIUM, est planta, quæ habet folia Lapathi minoræ, læviora, politioraque, minus atra, sed hilari virore tincta, ex radice erumpentia, caules ex his asturgunt pedem alti, nudi, tenues, in plures ramos extensi: flores sunt vel cariophyllæi, vel monopetali: calix fit vasculum feminale, quod unicum complectitur semen arctissimè, cum quo cadit: radix crassa, rubra, saporis adstringentis; in multis capitibus divisa: crescit hæc planta in locis aquosis & paludibus circa mare: herba Limonii adstringit, dicitur & Pyrola, seu Tintinnabulum, sed & nonnullis aliis herbis imponitur illud nomen, quod videtur, habere à *λεμών* pratum, palus, quasi à *λίβα*, quia rigatur, vel à *λίπω*, quod in eo uligo ab alluente aqua relinquatur.

LINAMENTUM, idem quod *Motos*.

LINARIA, URINALIS, Gr. *ο'ουρις* est herba quæ linum repræsentat, habet plures caules sesquipedem circiter altos, rotundos, tenues, quibus imascuntur plurima folia oblonga, angusta, nullo ordine posita, saporis amaricantis: flos est monopetalus, anomalus, personatus, & quidem ita ut posteriori parte longam gerat caudam, anteriori verò bilabiatus, & superior pars bifida, inferior trifida: calix flori ambiguo situ affigitur, quinquefidus: Pistillum floris abit in vasculum rotundum acuminatum, quod per maturitatem in duas cavitates dehiscit, in quibus semina sunt compressa, nigricantia, & rotunda: radix longa, dura, alba, repens, exigua, lignosa: Linaria à Lino quia ejus folia Linum referunt; quæ & Tithymalum Cyparissiam adeo mentiuntur, ut nisi lac deesset, difficile foret distinguere, antequam floreat planta. B. *Blas-kruid / wild-blas*. G. Lein-kraut, harn-kraut, unser Frauen flachs, wald-flachs, krotten-flachs. Gall. *Linai-re, lin Sauvage*. A. Wild-flax, Toad-flax, linnæ.

LINCTUS, idem quod *Eclegma*.

LINEA ALBA, est tendinum quatuor muscutorum abdominis concurfus exceptis rectorum tendinibus. Nam tendines obliquorum uniuntur, & ita coeunt ab utraque parte, ut quasi tunicam abdomini obductam forment, ac si unicus esset tendo. Alba est & carnis expers, procedens

dens à mucronata cartilagine ad os pubis, estque infra umbilicum angustior, quàm supra. B. *De witte linie*. G. Die weisse linie. Gall. *La Ligne Blanche*. A. The White linie.

**LINEÆ FATALES**, sunt quædam rugæ in cute frontis, ex quibus multa quædam prædicunt inepti. B. *Doorzeggende spier*. G. Die linien im hande darauß man wahr saget. Gall. *Lignes Fatales*. A. Fatall lin's.

**LINGUA**, est membrum in ore contentum, à lingen- do dictum, oblongum, latum, crassum, & ad radicem quidem crassius, in extremitate tenuius & acutius; magnitudo mediocris est, ut moveri expedite possit. In exteriori linguæ parte, superiori sc. regione, copiosissima quædam corpora, serie quâdam disposita, ab extrema linguæ superficie foras erumpunt, & modicè incurvata unanimiter, versùs posteriorem linguæ partem inclinationem, positionemque habent, ita ut æmulentur pectinem carminatorium: hæc corpora cartilaginosa in bove præcipuè videntur eam referre figuram, quam in aprino dente; in parte inferiori concavitatem quandam exhibent; componuntur ex densa & tenaci materia, fibrosa, quæ quasi virgularum aggeries videtur: circa linguæ latera gracilescent, ut ferè obliterentur & in basi eorum loco membranosa quædam corpora collocantur, quæ conum, mox obtusiorum papillam æmulantur: singula exposita cornua exteriori linguæ membrana investiuntur; firmiter implantantur in tenaciori quadam linguæ tunica, & subjecta mucosa, seu nervosa substantia, iis præcipuè in locis, ubi insignes foveæ pari ordine expositæ observantur, ita ut in parte interiori non exigua eorum portio emineat, quæ in mucoso quodam corpore tenaciter implantantur. Membrana hæc totam investiens linguam in superiori ejusdem area inserta, & convoluta habet exarata cornua, & quibus in locis papillæ foras protuberant, attenuantur & gracilescent, & in minimæ cucurbitulæ figuram excavantur: minimi in hoc tubere observantur poruli. Hæc detractâ sese offert glutinosa quædam substantia, & alba est ubi necitur. Membrana subnigra autem, ubi partem anteriorem tangit, conspicua foramina lingulis exaratis cornibus respondentia habet; inter quæ innumeri & exigui meatus ad extimam linguæ superficiem hiant. Deinde in conspe-

ctum sese offert nervosum & papillare corpus subflavum, quod membranæ instar excurrit, papillas etiam nerveas insignes miro ordine dispositas promit. Succedunt alterius ordinis papillæ copiosiores enarratis; quot enim cornua exterius linguam tegunt, tot etiam hujus generis nerveæ papillæ intus reperiuntur; hæ exortæ à communi papillari corpore, in mediocrem altitudinem elevantur, & ab extremo capite nerveas propagines ulterius emittunt, circa hæc conspiciuntur innumeræ papillæ idem exordium fortitæ & ad eandem altitudinem elevatæ, graciliores tamen, quæ coni figuram referentes, proprios sinus in jam exarata mucosa substantia excitatos subintrantes, tandem desinunt versus extimam membranam. Porrò linguæ substantia musciosa est. Centrum autem linguæ ex multiplici-fibrarum genere constat, longis, transversis & obliquis, quæ identidem invicem per superequitationem intextæ colliguntur, ita ut fiat veluti tegmen: musculis peculiaribus movetur, quibus retrahitur. Musculorum paria sunt *Styloglossum*, *Basioglossum*, *Genioglossum*, *Ceratoglossum* & *Myloglossum*. Gr. *Γλῶσσα* & *Γλῶττα*. B. *De tonge*. G. Die zunge. Gall. *La Langue*. A. A tonge.

LINGUA CANIS, vel CANINA, vide *Cynoglossa*.

LINIMENTUM, à LINIRE, est Medicamentum externum, consistentia inter oleum & unguentum media. B. *Smearing* / *syrking*. G. Beschmierung, bestreichung. Gall. *Liniment*, *Oignement*. A. Anointing.

LINUM, est planta, quæ habet caulem duos circiter pedes altum, exiguum, rotundum excavatum, in summitate ramosum: folia sunt oblonga, angusta, ferè alterna, acuta: calix oblongus & tubiformis: flos caryophyllæus, cæruleus: flori succedit fructus pisi magnitudine, subrotundus, & acuminatus, continens in multis capsulis membranaceis multa semina oblonga, rotunda, compressa, in una parte magis acuta, lubrica, lucida, in medio tumida, medullam oleosam & mucilaginosam habentia, ex fusco cærulea: radix exigua. Gr. *Λίνον*, dictum est propter corticis, & libri stamina, in recta filamenta divelli scindique solita, quæ lina etiam vocantur; unde *linea* & *Libella*, quæ directiones & parietum structuræ liberantur. Vel deducunt à cymbrica voce *Ee* & *Lee* per conversionem nostram alterum alteri opponuntur: à *Lee*; quo

quo molestum omne & displicens notatur, fit *Lii* longum, id est, patior, & *Lien*, pati, in modo infinito; hinc *Lin*, à quo *Linum*. B. *Linne-kruid* / *blas-kruid*. G. Flachs-kraut, flachs-lein. Gall. *Du Lin*. A. Flax.

LIPODERMUS, est vitium cuticulæ, glandem colis investientis, adeo ut non possit retrahi. Item præputii absentia, ex *λείπω* deficio, & *δέρμα* cutis.

LIPOPSYCHIA, est leve animi deliquium, five virium prostratio, ex *λείπω* deficio, & *ψυχή* anima. B. *En flauwte*. G. Hertzangst. Gall. *Defaillance*. A. Feebleness.

LIPOTHYMIA, *Defectus animi*, *Defectio anima*, *Deliquium animi*, *λειποθυμία* Philoteo, *λειποψυχία* Hippocr. five insignis vivificationis læsio, quæ est magna virium omnium prostratio, ex sufficientis copię spirituum & calor in cor aliasque partes, impullorum defectu. Hæc si magna fuerit *Syncope* vocatur. Vide *Deliquium animi*. Ex *λείπω* deficio, & *θυμός* animus. B. *En qualikte* / *zwimeligheid*. G. Ohnmacht. Gall. *Pamoison*, *Defaillance*. A. Feebleness, Weakeness.

LIPPITUDO, est ophthalmiæ species, seu asperitas quædam intra oculos, ac si arena esset inspersa. B. *Reepoogig*. G. Die entzündung der augen, das augentrieffen, augenflusz. Gall. *Chassie*, *mal des yeux quand ils pleurent* & *font chassieux*. A. Blearedness.

LIPYRIA, est febris continua, in qua simul externa frigent & interna uruntur: sæpe contingit in inflammationibus ventriculi, hepatis, lienis, aliorumque viscerum, ex *λείπωμαι* deficio, & *πῦρ* ignis. B. *En heete koude koozts*. G. Heitz kalte fieber. Gall. *Lipyrie*. A. Idem.

LIQUATIO, idem quod *Liquefactio*.

LIQUEFACTIO, est, quando oleosa, resinosa, ut pinguedines, cera, resina &c. super ignem lentè & integrè solvuntur, dicitur quoque de salibus, quæ, ut liquefiant, cellis committuntur.

LIQUID-AMBRA, five LIQUIDA AMBRA, ob odoris suavitatem sic dicta. Resina est oleaginosa suavissimi ac gratissimi odoris, esluens ex arbore quadam procerâ ac venusta, foliis hederæ, *Ococol* dicta. Estque partim ficior, quod sedimentum forte est, quæ seorsim conservatur; partim tenuior ficiori supernatans. Alia quoque exprimitur, sed vilioris conditionis est: nascitur ista arbor in Hispania nova.

**LIQUIRITIA**, dicitur Glycyrrhiza; sed potius dicere-  
rem esse ejus succum expressum & inspissatum, quoniam  
à *liquore* derivari videtur. Vide *Glycyrrhiza*.

**LIQUOR**, quamvis de quolibet humore dici possit, in  
specie tamen denotat per deliquium paratum, quem oleum  
alias, nonnunquam Balsamum dicere solent. Sæpè & pro  
destillato liquore haberi potest.

**LIQUOR AMNII**, est qui in Amnio continetur, ibi  
perpetuò renovatur, nonnihil mucosus, seu oleosus, ut  
ro-lactis haud absimilis, ad ignem tamen concrefcens, ut  
albumen ovi, colliquamentum Harvæo dictum, cui fa-  
tus quasi innat, ipsi recens nato adhæret toto corpore,  
atque ab Obstetrice aqua tepida, pauco vino, similibusve  
abstergetur. Cæterùm ab urinoso liquore, copia, sapore,  
odore, benè distinguendus, nec cum eo confundendus  
est, ille enim excrementitius est, hic verò fœtui nutritium  
esse, verisimiliter conjicitur: 1<sup>o</sup>, quia tale liquidum in  
ore, *Æsophago*, *ventriculo* fœtus reperitur, quale est in  
Amnio, 2<sup>o</sup>, quia illud liquidum copiosum in initio, pau-  
latim minuitur, nec aliâ ratione consumi videtur, quàm  
à fœtu.

**LIRION**, vide *Lilium*.

**LITHANTRAX**, sive Carbo fossilis, est bitumen pin-  
gue, glebis petrosis, aut & fortè metallorum scoriis mis-  
tum, durum, assulatum, lamellatum, nigrum, scissile,  
inflammabile. B. *Steenhoolen*. A. Ceale.

**LITHARGYRIUM**, officinis spumofum excrementum  
est, è purificatione argenti, quæ per plumbum fit, resi-  
duum. Duo ejus genera communiter statuuntur, videli-  
cet *Argenteum*, quod coloris minus saturi, & *Aureum*,  
quod saturioris coloris, magis ad rubedinem vergentis,  
existit. Verùm tamen non nisi coctione differunt, *aureum*  
magis coctum est, quàm *argenteum*. Sed propriè ni-  
hil aliud est quàm plumbum. B. *Blit / goud en zilber-  
glit*. G. Gold glette. Gall. *Litharge*. A. Idem.

**LITHIASIS**, est calculi in renibus, vetica, aliisque  
in partibus generatio, à *lithia* calculos patior, calculis la-  
boro. B. *De stein*. G. Der stein. Gall. *Pierre*. A. The  
Stone.

**LITHOIDES**, est os petrosum, sic ob duritiem lapi-  
deam: appellatum, ex *litho* lapis, & *oides* forma. B.

**Met steen-been.** G. Das steinbein. Gall. *l'Os Petreux.* A. Thestony bone.

**LITHONTRIPTICA**, sunt medicamenta saxifraga, si-  
ve quæ calculum Vesicæ urinariæ, vel renum frangunt,  
conterunt, & ex corpore expellunt, ex *ris* lapis, &  
*reica*. B. **Steen-brechende dingen.** G. Steinbrechende  
mittel. Gall. *Remedes Lithontriptiques ou contre la Pier-*  
*re.* Idem ferè A.

**LITHOSPERMUM**, est planta, quæ habet plures cau-  
les duos pedes altos, quosdam rectos, alios incurvos,  
villosos, tenues, rotundos, duros, asperos, in ramos di-  
vivos: folia vel alternatim disposita, vel sibi invicem op-  
posita, longa, angusta, acuta, sine caule adhaerentia, vil-  
losa, saporis herbacei: flos monopetalus, infundibulifor-  
mis: ex cujus calice quinquéfido ad basin usque sècto  
surgit pistillum quod abit in quatuor semina, stridula,  
dura, polita, minima, alba, splendentia, obrorunda, vel  
ovalia: radix lignosa, fibrosa, digiti crassitie: crescit hæc  
planta in locis incultis à *ris* lapis & *reica* semen, &  
dicitur conducere in calculo renum: semina adeo benè  
Margaritas referunt, ut, qui has vendunt, illa intermis-  
ceant Margaritis Occidentalibus, quæ non tam elegantes,  
quàm Orientales, & sic eas divendunt pro puris Margari-  
tis Occidentalibus, sed fraus facilè detegitur ex macula  
fulva his seminibus inhærens: sic vocatur ob seminis du-  
ritiem: Latinis *Milium Solis*, quòd semen ejus candore  
solis & lucis splendore fulgeat. B. **Paarel-zaad / steen-**  
**zaad.** G. Meer-hirfche, stein-saamen. Gall. *Gremil, Her-*  
*be aux Perles.* A. Gromell, gromwel, graymil.

**LITHOTOMIA**, est chirurgica calculorum è vesica  
sectio; quæ hoc modo procedit. Imponit Lithotomus  
ægotantem alicujus robusti sinui, pulvinari molli infra-  
to, postquam ter, quaterve ex loco altiori in inferiorem  
profluit, mox manum utrinque validè plantæ pedis alli-  
gat, genua verò utrinque adstantes duo ministri detinent,  
ita ut quam maximè à se invicem distent. Deindè pri-  
mum sinistrae manus digitum solum, aut si necessitas exe-  
gerit, duos priores oleo liliorum alborum madefacit, eos-  
que in anum immittit, dextra verò pubis superiora leviter  
comprimit, ut hoc modo ab ossè pubis ad perinæum trans-  
feratur calculus, quem quum digitis dictis eo adegerit si-

nistro lateri inter testiculos & anum, proximè ad futuram perinaei, cultro utrinque acuminato vulnus pro calculi magnitudine infligit, calculo tenuis caltrum deducendo : & vulnere si sua sponte, aut digitorum inferorum propulsione, exire detrectet calculus, forcipe, aut quod præstat cochleari sive lapidillo eum foras trahit. Extracto calculo, vinculis omnibus solutis, vulnus obligat modo debito, sanguinem sistentibus adhibitis mediis, brevique tempore, ut consolidetur curam adhibet, ne urinæ per locum vulneratum stillicidio laboret æger. Hic modus, *Apparatus minor* vocatur, & in pueris imprimis locum habet, licet sæpè in adultis hisce in regionibus instituat. In *Apparatu majore* verò, æger eodem modo ut supra, benè ligatus mensæ imponitur, & in ea detinetur, mox *Itinerarium* per urethram in vesicam intromittit chirurgus usque ad calculum, factoque foramine, ut supra, in sulcum itinerarii per vulnus *Conductorem* immittit, deinde itinerario ex urethra ablato, per vulnus inflictum *Forciperem*, lapidillum, aut instrumentum aliud, detrahendo calculo accommodatum, immittit, quo sic & apprehendere calculum & foras educere queat. Hoc factò, *deligatio* vulneris & consolidatio instituitur ut in pueris; adhibita, si nimis magnum fuerit, futura, impositaque ad dies duos aut tres cannula argentea, evacuationi sanguinis concreti, pituitæ, urinæque arenosæ apta. Occurrit adhuc alius calculos extrahendi modus, nempe foramine in abdomine factò, calculus ex fundo vesicæ excinditur, & hoc modo nunquam stillicidium est expectandum, ex  $\lambda\iota\theta\sigma$  lapis, &  $\tau\acute{\epsilon}\mu\nu\omega$  incido. B. *Steen-snyden*. G. Das stein-schneiden. Gall. *Litbotomie*, *Taille*, *Extraction de la pierre*. A. Cutting up of the stone or for the stone.

**LITHOTOMUS**, est chirurgus secandis calculis peritus, ex  $\lambda\iota\theta\sigma$  lapis, &  $\tau\acute{\epsilon}\mu\nu\omega$  seco. B. *Ein stein-snyder*. G. Ein steinschneider. Gall. *Litbotomiste*. A. A Stone Cutter.

**LITUS**, idem quod *Linimentum*.

**LIVIDUS MUSCULUS**, unà cum aliis musculis femur movens, dicitur & *Pectineus*, qui ab ossis pubis superiore ad commissuram patte, oblique decurrens, usque in femoris exporrigitur latus externum. B. *De loodverwige spier*. G. Der bleyfarbige mauz. Gall. *Muscle Pectini*. A. Leaden Coloured muscle.



**LIXIVIUM**, est fal aquâ solutum : præparatur vulgò ex cineribus, ex quibus mediante aquâ fal, quod continent, elixivatur. B. *Loog*. G. Lauge. Gall. *Lessive*. A. Lee, Lie.

**LIXIVUM SAL**, est Alkali fixum, quod mediante aquâ ex cineribus, solutum, exsiccatum summas ignis torturas patitur, ut fal tartari, absinthii, &c. B. *Loog-sout*. G. Laugen saltz. Gall. *Sel Lixiviel*. A. Lie.

**LOBULI ADIPOSI**, vide *Sacculi Adiposi*.

**LOBULI PULMONUM**, sunt fistulæ pulmonalis extremitates, quæ in Lobulos uniformes desinunt, constantque iterum ex plurimis vesiculis & omnis generis vasis. B. *Longedzuiben*. Gall. *Lobules*.

**LOBUS**, est Phaseolus : venit à *λόβω* seu *λαβώνω*prehendo, quia fabæ in siliquisprehenduntur.

**LOBUS AURIS**, est appendicula quædam mollis, flexilis, blanda tactu, auriculæ appensa, nullo unquam foraminulo naturaliter pertusa, sed à fæminis artificialiter perforatur pro ornamentorum commissione, posita est directè infra antitragum, undè fæminarum ornamenta ellobia dicta. B. *Het leltetjen van 't Oor* / *oorlapjen*. G. Das æusserste am ohr, ohr-laplein. Gall. *Le Lobe de l'Oreille*. A. The lobe or lap of the ear.

**LOBUS HEPATIS**, aut **PULMONIS**, sunt eorum viscerum magnæ divisiones, & distinctiones. B. *Quabbe*. Gall. *Les Lobes du Foye*.

**LOCALIA MEDICAMENTA**, sunt quæ externè applicantur, ut emplastra, linimenta, unguenta &c. Gr. *Τοπικά*. B. *Plaats-middelen*. G. *Æusserlich gebrauchliche mittlen*. Gall. *Remedes Topiques*. A. Topical Remedies.

**LOCH**, & **LOCHOC**, idem quod *Eclegma*.

**LOCH SANUM**, & **EXPERTUM**, est Eclegmatis species, quæ in morbis pectoralibus utilis censebatur, & experta.

**LOCHIA**, sunt puerperarum expurgamenta, post fetûs & secundinarum exclusionem, prodeuntia, à *λόχομαι* cubo; undè *λόχος* lectus, & *Λιψιδες ἡραι* tempora partûs. B. *De kraam* / *kraamzuivering* / *reiniging*. G. Der blutfluss, blutreinigung. Gall. *Vuidanges*. A. Womans Evacuation in Child-bed.

**LOCHOC**, idem quod *Eclegma*.

LOCI CHYMICI, dicuntur vasa & fornaces apud Chymicos usitata.

LOCI MULIEBRES, idem quod *Uterus*.

LOCULAMENTA, sunt in plantis seminum involu-  
era, quæ veluti parvæ capsulæ ea occludunt.

LOCUSTÆ, THECÆ, idem ac oculi aut gemmæ,  
uti in avena & graminum quibusdam speciebus, in qui-  
bus semen includitur. Sed & insecta quædam denotat.

LOIMOGRAPHIA, est descriptio morborum conta-  
giosorum. Ex λοιμός venenum pestiferum, & γράφω scri-  
bo. B. *Gen beschypping van besmettelijke ziekten*.

LOIMOS, est venenum pestilentielle, quod oritur ex  
aëre particulis heterogeneis exhalationum nostro corpori  
non ferendarum inquinato & aculeato, qui, inspirando  
fanguinem & spiritus animales &c. inficit, & corrumpit,  
& movendo reliqua tenerrima solida destruit. Gr. λοιμός  
*παρά τὸ λείπειν*, id est à deficiendo, quia hominum defe-  
ctum inducit: seu ut aliis placet *παρά τὸ λιμῆναι*, à fame.  
Unde proverbium Græcum, *μετὰ λιμῆν λοιμός* pestis post  
famem. B. *Gen besmettelijke ziekte*. G. *Eine anstecken-  
de feuche*. Gall. *Maladie contagieuse*. A. *Pestilent poytōn*.

LOMENTUM, fabarum farina est.

LONCHITIS, est plantæ genus foliis filicis foliorum  
æmulis, à quibus tamen differt pinnulis ad exortum auri-  
tis: nullos habet flores: folia ad dorsum sunt instructa  
femibus rubicundis, tam parvis, ut sine microscopio  
distingui non possint: in montibus altis, asperisque oc-  
currit: dictam volunt ab hastæ, seu lanceæ forma, quam  
tamen in hac planta observare nequeo; nisi placeat singu-  
laria lanceæ similia esse quod *τρίγωνα* triangula appareant,  
*λόγχη* enim est lancea seu hasta. Dioscorides Etymologiam  
quærit à semine triangulo, quod lanceæ cuspidi simile sit:  
alii quod sit lonchitis altera & lienem absumat, foliaque  
similia habeat, alii quod ejus folia instar lanceæ in acutum  
desinant. Gall. *Lonkite*. A. *Rough-spleen-wort*.

LONGANON, five intestinum ultimum, item *ἄπτε-  
ρουμένος*, *Δακτύλιος*, *Ἄρχος* Hippocrati, vide *Rectum in-  
testinum*.

LONGISSIMUS DORSI MUSCULUS, producitur  
à margine ossis sacri, atque à lumborum vertebra oriun-  
dus fibrarum fasciculis coagmentatus, cum serrato postici-

eo inferiore ascendit, quem circa dorsi vertebram infimam deferens, singulis lumborum ac dorsi transversis processibus alligatus, primam thoracis petit vertebram; Thoracem, lumbos eorumque vertebra extendit. B. *De langste rug-spier*. G. Der lange ruck mausz. Gall. *Le Long Dorſal*. A. The Long muscle of the back.

LOPIDOIDES, idem quod *Lepidoïdes*.

LORDOSIS, est spinæ dorsi in anteriora curvatio, à *lordōs* in anteriora curvo. Latini vocant *Repandum*, *Recurvationem*. B. *Bultagtig na vooren toe*. G. Krumm-hælsicht, vorgebogen. Gall. *Bosse en devant*. A. Bending of the backbone forward.

LORICATIO, est actio chemica, quando retorta igni nudo exponenda luto, argilla, aut alia materia, ut à nimia ignis tortura defendatur, obducitur. B. *En behar-nassing*. G. Das kleben und tuenchen der retorten. Gall. *Lutter les vaisseaux ou les Retortes lors qu'on veut distiller*. A. Lorication.

LORIPES, est qui alterum vel ambos pedes habet contortos & incurvatos, dicitur quoque *Varus*. B. *Scheef-been / slim-boet / krom-been*. G. Krum-fusz, krum-bein. Gall. *Qui a la jambe tortue*. A. Crooked legged.

LOTIO, est quodammodo Balneum particulare quo caput, axillæ, manus pedes & genitalia abluuntur, idque decoctis medicamentosis. Lavantur etiam nonnulla medicamenta, idque propter eorum falsedinem & acrimoniam, ut in calce, tutia, aliisque lapidibus contingit, vel quando herbæ, radices sordibus argillaceis & arenosis aquâ purâ, aut vermes vino lavantur. B. *Wassinge*. G. Das waschen. Gall. *Lotion, Bain*. A. A Washing.

LOTIUM, vide *Uron*.

LOTUS, est vel arbor, vel herba, nomen accepit à voluptate, ab antiquo verbo *λω*, quod significat *βλέπω*, *επιθυμω* *βλέπω*, volo, expeto, desidero, video. Illud nomen etiam habet *Trifolium Odoratum*, ut & *Melilotus*, aliaque plantæ.

LOZANGIÆ, sunt idem quod *Morsuli*.

LUES MORAVICA, seu PANNONICA, vide *Febbris Ungarica*.

LUES, VENEREA, *Morbus Gallicus, Italicus, Hispanicus, Siphylis Fracastor.* *παρα τὸ εἶναι τὰ φύλα.* Hic mor-

morbus ex India occidentali oriundus, in Europam translatus, post annum 1463. innotescere incepit; est hic autem contagiosus, ita ut ab infectis parentibus inquinati nascantur infantes; Lactatione contaminentur, contrectatione, salivæ per oscula communicatæ deglutitione, sudore, & coitu impurorum quilibet inficiatur: quæ autem pars primo fuit infecta, primò se manifestat inflammatione, ulcere erodente, dein per totum corpus efflorescunt pustulæ; labia, gingivæ, palatum, nares eroduntur, dolores nocturni circa medios artus fiunt ingentes, & articularum rigiditas, capillorum totius corporis defluvium, & vox rauca cum aliis multis symptomatibus hunc morbum declarant. B. *De spaanse pokken.* G. Frantzosen, Spanische krankheit. Gall. *Véroles* A. Pockes, the French pockes. Dolores circa ossa vocant Hispan. & Brasilian. *Bubas.*

**L**UJULA, est acetosellæ species, in officinis asservata, cujus vires refrigerantes insignes. B. *Schaa pszuuring.* G. Buchampffer. Gall. *Pain à Coucou*; *Alleluia.* A. Woodforrel.

**L**UMBAGO, est dolor in musculis lumborum à lue scorbutica obsessis, ita ut æger sese movere absque dolore magno nequeens, se recto situ tenere cogatur. B. *Len-de-ppn / 't spit / lende-git.* G. Lendenwehe, Lendenpein. Gall. *Sciatique.* A. The paine of the loines.

**L**UMBRICALES MUSCULI, sive VERMICULARES, sunt quatuor in singulis manibus, totidemque in pedibus, sic ob exilitatem & figuram dicuntur. B. *De woymgelyken spieren.* G. Der wurmgleiche mausz. Gall. *Muscles Lumbricauz.* A. Worm like muscles.

**L**UMBRICI, sive VERMES, sunt animalcula ex ovulis insectorum deglutitis cum cibis, in corpore nostro aliquandiu morantibus, producta. B. *Wozmen.* G. Wuermer. Gall. *Vers.* A. Wormes. Alii sunt *Rotundi.* B. *Kionde wozmen.* G. Spuhlwuermer, kinder wuermer. Gall. *Vers Ronds.* Alii, Cucurbitæ seminis formâ, Cucurbitini dicti. Alii *Ascarides.* B. *Maeyen.* G. Wuermlein. Alii *Dracunculi,* &c. Gall. *Ascarides, vers Cucurbitins.*

**L**UMBUS & LUMBI, Gr.  $\nu\acute{o}\alpha, \sigma' \sigma\phi\upsilon\varsigma, ' \iota\lambda\upsilon\varsigma.$  Propriè dicitur pars totius spinæ infra dorsum quinque vertebra omnium crassissimis, maximisque compacta, inter dorsum &c

& os sacrum mediis; estque ea regio corporis, quâ homines cinguntur. B. *De lenden.* G. Die lenden. Gall. *Les Lombes, les Reins.* A. The loine, the Reine.

LUNA, Chymicis denotat *Argentum.* B. *Zilber.* G. Silber. Gall. *Argent.* A. Silver.

LUNARIA, sive viola latifolia, vulgò *Bulbonac*: est planta, quæ habet caulem duos vel tres pedes altum, minimi digiti crassitie, ramosum, villosum, coloris cærulei vel rubicundi; folia urticæ interdum duplo vel triplo majora, villosa, dentata: flores in summitate ramorum crescentes, quadrifidi, in crucem dispositi, purpurei, odoris non penetrantis: flori succedit siliqua oblonga, compressa, obrotunda, quæ continet semina ampla, reniformia, coloris rubicundi, saporis acris cum quadam amaritudine: radix glandulosa: sic dicta est quod seminum folliculi lunarem colorem & figuram habent. B. *Denning-bloemen/maan-kruid/ paas-bloemen.* G. Mond-kraut, pfennig-kraut. Gall. *Lunaire, ou Bulbonac.*

LUNATICI, dicuntur Epileptici, *Σεληνιακός*, quia mutato lunæ cursu, Epilepticis paroxysmus exacerbatur. B. *Maanzichtte.* G. Moniechtig. Gall. *Lunatiques.* A. Lunatikes.

LUPARIA, vide *Lycostonon.*

LUPIA, est tumor sive protuberantia, fabæ turcicæ magnitudine, durus, glandulosus in cute; quidam pro *Meliceride* accipiunt, alii pro *Ganglione.*

LUPINASTER, est novum Plantæ genus, à Buxbaum inventum, crescit ad ripas Wolgæ propè Astrakan: habet folia instar Lupini digitata, flores papilionaceos, semina reniformia: describitur in commentariis petropolit. vol. 2.

LUPINUS, Est planta, quæ habet caulem duos pedes altum, mediocriter crassum, rotundum, rectum, villosum, ramosum, coloris viridis subflavescentis, medulla repletum: folia sunt in septem vel octo partes divisa, oblonga, angusta, manum apertam repræsentantia, superius coloris cærulei, albescentia & lanuginosa inferius, saporis leguminosi, amarescentis: flores in summitate ramorum crescentes, in spicas congetti, leguminosi, albi, pedunculis brevibus adhærentes: flori succedit siliqua compressa, villosa, turgidula, fæta seminibus planis, compressis in complanatam figuram sphaericam, fossulam cavam

vam utrinque habentibus, extus albis, intus medulla flavâ aurei colofis repletis; hujus fapor est amarus, ingratus: ex hac medulla confecere olim aurum comicum, & de homine qui omnium rerum expers erat, proverbialiter dicebatur; nescit quam distent æra Lupinis: est leguminum species, dicitur, quod sicut lupus terram appetit & in fame terrâ vescitur, ita Lupinus; adeò tellurem amat, ut quamvis fructuoso solo coniectum, inter folia, vepresque, ad terram tamen radice perveniat. Vel dicitur, quasi lupis relictus & expositus: quod impunè præterea jacet, vel derelictus etiam, si non protinus sicut obruant imbres, ab omnibus animalibus amaritudine suâ tutus. Gr. *ῥέγιον*. B. *Bohs-boon*, *vpg-boonen*. G. Feig-bohnen, wolffs-bohnen. Gall. *Lupin*. A. Lupines.

LUPINUS, Gr. *ῥέγιον*, dimidiæ drachmæ æquatur. *Danich* Arabibus: quod tamen *Fernelio* solum. Gr. vi. *Agricolæ* & *Mercuriali* VIII. sive tertiam scrupuli partem pendet. *Drachma* pendet lupinos novem: *Siliqua* dimidium; lupini tres scrupulum pendent. B. *Ein halb vierrendeel loots*. G. Ein halb quintlein. Gall. *Demi drachme*. A. Half dram.

LUPULUS, Est planta, cujus caules sunt exigui, samentosi, flexiles, villosi, scandentes, asperi, volubiles: folia ampla, angulosa, dentata, scabra, conjugata, caulibus satis longis & rubicundis adhaerentia: flosculi apertali, albi pallidi, aut herbacei, staminibus præditi, calice quinque partito, stellatim expanso, excepti, racemosi in una planta: ovaria bicornia, in racemos squamosos ex multis foliolis axi adnatis compositos, congesta; singulis foliolis recondentibus singula semina ferè rotunda; nigricantia, tegmine membranaceo occultata; radix tenuis, convoluta: Gr. *βέβρον*: dicitur à *Bryonia* similitudine, quam folia quodammodo habent. Appellatur quoque *Humulus*, Aliquot Italiae rura, ob græcam appellationem alludentes, *Bruscandulam*, quasi *Bryon* Scandile nominant. *Lupus* verò *Salictarius*, quia subit scanditque salices, & arbuta omnia, circumvolvendo se, circumplectitur, appellatus est. Hinc quoque *Lupus Receptitius* nonnullis nominatur. B. *Hop*. G. Hopffen. Gall. *Houblon*. A. Hops.

LUPUS, est species cancri, crura & tibias occupans. B. *Le wolf*. G. Der wolff, Gall. *Le loup*, ou *le chancre aux jambes*. A. The wolfe. LUPUS

LUPUS RECEPTITIUS, vide *Lupulus*.

LUPUS SALICTARIUS, vide *Lupulus*.

LUTATIO, est vasorum chymicorum lutatio sive ob-  
signatio. B. *En toeloping / een verzegeeling*. G. Verlu-  
tierung. Gall. *Luter*. A. Idem.

LUTEOLA, est planta, quæ habet folia ex radice  
erumpentia, oblonga, angusta, mollia, caules ex his erum-  
punt tres pedes alti, duri, virides, ramosi, folia superius mi-  
nora habentes, quam sunt inferiora: flores polypetali, ano-  
mali, exigui, coloris flavi, post florem sequitur capsula  
obrotunda, triangularis, continens semina exigua, obro-  
tunda, & nigricantia: radix ut plurimum digiti minimi  
crassitie, & interdum pollicis, lignosa, alba, saporis acris:  
tota hæc planta per siccitatem fit flava herba, sic dicta,  
quod eâ panni & telæ linteæ, candidæ quidem, colore  
luteo, virente verò, quum ante cæruleo tinctæ erant, in-  
ficiantur. Gall. *Gande; ou Herbe jaune*.

LUTUM, Herba est, quo lintea, lanæ &c. luteo infi-  
ciuntur colore: vel ut alii, quòd à luto veniat luteus co-  
lor. Aliorum opinio est vocem Lutum à Gr. *Λευκόν* venire  
*Leutum, Lutum*. B. *Woudw.* G. Streich-kraut. A. Dyers  
Woad.

LUTUM, est materia quædam glutinosa, aquâ subactâ,  
ut Farina triticea, fecalicea, lini seminis, amyllum, ovi  
albumen & similia, quâ vasa destillatoria sibi imposita, ne  
quid expiret per rimas, probè obfignantur. B. *Teem*. G.  
Leim. Gall. *Lut, Glu*. A. A Lute.

LUXATIO, seu DISLOCATIO, & ELUXATIO, est  
recessus ossis è proprio sinu & loco, in alienam sedem,  
motum arbitrarium impediens. B. *Ontwichting / uitle-  
ding*. G. Aufz dem gliedern, oder gelencke gegangen,  
verrenckung. Gall. *Luxation, Dislocation*. A. A Disjoin-  
ting.

Luz, an sit os vertebrarum, an verò sesamoideum in-  
pede dubitatur.

LYCANCHE, est angina, quæ lupos strangulat, vide  
*Angina*.

LYCANTHROPIA, est *Rabies Hydrophobica*, à rabi-  
do lupo excitata, in qua homines luporum ululatus imi-  
tantur, ex *λύκος* lupus, & *ἄνθρωπος* homo. Vide *Hydro-  
phobia*. B. *Wolfs-beet*. G. Wolfs-bisz. Gall. *Morsure de  
Loup*. A. Biting of a mad Wolfe. L I L.Y.

**LYCHNIS**, est planta, quæ plures habet caules fescuipedem vel duos pedes altos, rectos, rotundos, ramosos, lanuginosos: folia sunt tres vel quatuor digitos longa, fescudigitum lata, salvia majora, acuta, lanuginosa, alba, conjugata bina simul, mollia: calicem habet tubulosum magnum, latum, longum, multifidum, magis bulbosum quam in Alfinis, squamosum: flos cariophillus; floris pistillum sit fructus, ut plurimum in conum deficiens, qui per maturitatem apice dehiscens fundit semina exigua, subrotunda, vel angulata, interdum reniformia; radix fibrosa, simplex: colitur hæc planta in hortis: nomen accepisse contendunt *παρὰ τὸ λύνει νόχον*, ἢ γένε σκότον, quòd *Tenebras* solvat: vel, quòd tumentosis earum foliis Veteres ad lucernarum usum, pro elychniis uterentur, undè *Lucernula* dicta, ejus nominis sunt variæ species. B. **Christus oogen.** G. Frauen-röslein. Gall. *Oeillet de Dieu; Passe fleur, Passeroses.* A. Rose Champion.

**LYCIUM**, est arbuscula spinosa, sic dicta, quòd in Lycia, Asiæ regione, crescat. B. **Wolfs-dorn.** A. Box-Thorn.

**LYCIUM**, est succus extractus & coquendo inspissatus ex ramis ac caudice arboris pyxyacanthæ sive Lycii, sed ejus sit succus varii dubitant. Provenit in variis locis, uti in India, Hispania, Creta, Capadocia, Lycia, undè nomen, &c. Est medicamentum astringens.

**LYCOCTONUM ACONITUM, ACONITUM PONTICUM, LUPARIA, LUPICIDA**, vel **CÆNICIDA**, quoniam ab iis devoratum, eos confestim interficit, ex *λύκος* lupus & *κτείνω* occido. B. **Wolfs-wortel.** G. **Wolfs-wurtz, wolfs-kraut, gift-kraut.** Gall. *Aconit, tue loup, tue loup jaune.* A. Wolfes Baine.

**LYCOIDES**, est insania luporum instar, à semine retento, excitata, ex *λύκος* lupus, & *ἰδέω* forma. B. **Wolfs-geber.** G. **Wolfs-geberden.** Gall. *Geste de Loup.* A. Gesture of the Wolfe.

**LYCOPodium**, est musci species, Latinis à similitudine *Pes Lupi* dicitur, ex *λύκος* lupus & *πέδι* pes. B. **Wolfs-klaue.** G. **Gurtel-kraut, teuffel-klaue, bær-lapp.** Gall. *Pied de Loup, Mouffe terrestre.* A. Wolf-claw.

**LYCOPSIS**, seu **ANCHUSA**, vocari volunt ob radicis fuscum ex purpureo colorem: vel quasi *κυκίφως* vocatur



tur à lupo, cujus color cinereus est, nigrorem præferens, sed non intensiorem. Sonat enim *Λύκοφις* lupi faciem, aspectumve, vel nomen accepit, ab hispida caulis, florum, foliorum, impexaque hirsutie, pedem lupinum imitata, sed *Λοκοφίς* tunc dicendum foret, ex *λύκος* Lupus & *φίς* visus. Illud nomen Anchusæ, & Buglossæ imponitur. A. Wall-Bugloss.

LYGMUS, idem quod *Lynx* & *Singultus*.

LYMPHA, est humor lymphidus leviter falsus, igne avolans, fluens in vasis arteriosis minoribus, ortis latera-liter ab arteriis majoribus sanguineis vel ferosis, quæque vasa tandem desinunt in Venas Lymphaticas valvulosas, exonerantes sese, quæ ab inferioribus partibus veniunt, in ductum chyli ferum, quæ à superioribus in venam sub-claviam: differt à sero sanguinis, quod est minus pellucidum, flavius, & igne concrefcit ut ovi albumen. B. Water. G. Wasser. Gall. *La Lympe*. A. Water. Sumitur aliquando pro aqua illa, quæ ex puncturis nervorum aliis-que vulneribus effluit. B. *Zenuw-water* / *Lee-water*. G. *Glied-wasser*. Gall. *Synovie*. A. The Lympha.

LYMPHATICA VASA, vide *Vena Lymphatica*.

LYNX, idem quod *Singultus*.

LYNCIS LAPIS, sive BELEMNITES, *ἀπὸ τοῦ βελίμου* à sagitta, cujus effigiem refert, seu *Dactylus Idæus*, à figura Dactyli, & Idæa monte cretæ insulæ, ubi invenitur. Teres est & pyramidalis, sub variis coloribus repertus. Inveniuntur albi, nigri, cinerei, pellucidi, vini salerni instar. Et hinc forsitan est, quem Veteres *Lyncurium* appellarunt, quem & succini speciem fecerunt, ob colorem, quo succinum refert, quemque ex urina lyncis, simul ac ea excernitur, coagulari, nonnulli fabulantur. Vetus hic lapis grave olet, & ne ustus quidem odorem deponit. Reperiuntur multis in locis Germaniæ, in Borussia, Pomeria, Episcopatu Hildesensi, Helvetia, Ducatu Wurtembergensi, Goppingæ. In affectibus nephriticis præscribitur. B. *Wunder-steen* / *lynx-steen*. G. *Albscholz*, *Schofstein*, *luchs-stein*, *tappen-stein*. (si niger sit.) Gall. *La Pierre de Lynx*. A. Lyncian stone.

LYNGODES FEBRIS, est, quæ singultum habet comitem, à *λύκος* singultio.

LYSIMACHIA, seu LYSIMACHIUM, & SALICARIA,

**RIA**, est planta, quæ habet plures caules duos vel tres pedes altos, rectos, villosos, nodosos; ex singulis nodis erumpunt tria vel quatuor folia oblonga, acuta, falicis latifoliae similia, supernè atro virentia, infernè albicantia, & lanuginosa saporis adstringentis, flos monopetalus, rosaceus, in quinque laciniis divisus: post singulos flores pistillum fit fructus seu testa globosa quæ per maturitatem apice dehiscit, semen excutit: semina sunt Coriandri saporis adstringentis: radix est repens, rubicunda: crescit hæc planta in paludibus, & locis aquosis: flos convenit cum Blattaria, sed fructus in hac est bicapsularis, cum in Lysimachia sit tantum unicapsularis: appellata, ut ferunt, ab ejus inventore Lysimacho: vel *παρὰ τὸ λῦειν τὴν μάχην*, quod pugnam & animalium certamen verberando solvat, dirimatque. *Salicaria* vocatur, quod inter folia falicis, aut inter salices nascatur. Hujus sunt variae species. B. *Wedzeich / vederik / joden-kruud*. G. *Weyderich*. Gall. *Soucy d'Eau, Perce-boffe, Corneille, Lysimachie, Chasse-boffe*. A. *Loose strife*.

**LYTERIA**, est signum solutionis magni morbi, à *λυω* solvo.

## M.

**M** Simplex in præscribendis formulis positum immediate post alicujus herbæ nomen, denotat *Manipulum*, scribitur sæpè tribus literis ut *Man*. In fine formularum significat *Misce*.

**MACERATIO**, est species infusionis, quando dura quædam corpora in aqua, aliove liquore, mediante frigore aut calore infunduntur per magnum temporis spatium, ut partes emolliantur, & ab aqua penetrentur; cum illa misceantur, vel aptæ evadant miscelæ si decoquantur; omnia enim hoc modo magis aperiuntur. B. *Weiking*. G. *Das einwaslern*. Gall. *Maceration*. A. *Idem*.

**MACHINA**, est in medicina instrumentum aliquod grande, cujus ope magnus motus in resistens parvâ vi potentiae applicatæ potest excitari, uti scannum, scala, *Ambe*, &c. quibus membra luxata restitui solent, dum enim luxatio plerumque plurimum hominum vi & operâ indigeat in restitutione, ope artificiosarum machinarum, in hos usus accommodatarum, chirurgus solus omnium aliorum viri-